

III. DECRETUM SYNODALE HILARII PAPAE

Ut poenitentes, vel inscii litterarum, sive defectu membrorum aut decissione aliquid minus habentes ad superiores ordines non veniant,

Inscii (b) quoque litterarum, aut aliqua membrorum damna perpessi, vel hi, qui ex poenitentibus sunt, ad sacros ordines aspirare non audeant. Quisquis talium consecrator extiterit, factum suum ipse dissolvat.

IV.

Ut ea, quae illicitè episcopus vel decessor ejus ordinavit, ab eo qui superest emendentur.

Sed et quodcumque quis commisit illicitum, aut a decessoribus suis invenit admissum, si proprium periculum vult vitare, damnabit: nos enim in nullo volumus severitatem ultionis excedere (exercere). Sed qui in causis Dei vel contumacia vel aliquo excessu deliquerit, aut ipse (c) quidquid in aliquo non reseverit, inveniet. Quod ut deinceps possit tenaciùs custodiri, si placet, omnes sententias (causas) et subscriptiones proprias commodate, ut synodali iudicio aditus (auditus claudatur illicitis) claudatur illicitus. Ab universis episcopis (d) dictum est sexies: Haec et confirmamus et docemus. Dictum est octies: Haec tenenda sunt, haec servanda sunt. Dictum est quinquies: Doctrinae vestrae gratias agimus. Dictum est decies: Ista, ut in perpetuum serventur, rogamus. Dictum est quindecies: Ista per sanctum Petrum, ut in perpetuum serventur, optamus. Dictum (4) est octies: Haec praesumptio nunquam fiat. Dictum est decies: Qui haec violaverit, in se inveniet excommunicationis censuram (5): et facto silentio Hilarius episcopus dixit.

V.

Ut nullus episcopus sibi eligat successorem.

Praeterea, fratres, nova et inaudita, sicut ad nos missis de Hispaniis epistolis sub certa relatione pervenit, in quibusdam locis perversitatum semina subinde nascuntur. Denique nonnulli episcopatum, qui non nisi meritis praecedentibus datur, non divinum munus sed hereditarium putant esse compendium, et credunt sicut res ca-

(b) En el código de Justelo se añade antes de la primera palabra *inscii*, la de *poenitentes*.  
(c) Quod perperam fecerit, abolere noluerit; in se quidquid in alium non reseverit: inveniet.  
(d) Et presbyteris acclamatum est: Exaudi Christe, Hilare vita, dictum est etc.

III. DECRETUM SYNODALE HILARII PAPAE

Que no puedan ascender á las órdenes superiores los penitentes, los iliteratos, ni aquellos á quienes falta ó se les ha cortado algun miembro.

Tampoco los iliteratos, los que han sufrido amputacion de algun miembro, igualmente que los penitentes, pueden aspirar á los sagrados órdenes. Y cualquiera que consagrare á semejantes sugetos, él mismo disolverá su hecho.

IV.

Que lo que el obispo ó el antecesor practicó ilicitamente sea corregido por el sucesor.

Cuando alguno ha cometido cualquier cosa ilícita, ó la ha hallado ya ejecutada por sus antecesores, la condenará, si quiere evitar la responsabilidad; porque nosotros no queremos que en nada sea excesiva la severidad del castigo. Mas el que delinquiere en las causas de Dios, bien por contumacia, bien por algun esceso, ó el que no quisiere condenar lo malo que él mismo hubiese practicado, hallará en sí lo que corrigió en otro. Y á fin de que en adelante pueda observarse con mas firmeza, si os place, dad todos vuestro voto, y firmadlo, para que por fallo sinodal se cierre la puerta á lo ilícito. Todos los obispos dijeron seis veces: Confirmamos y enseñamos estas cosas. Dijeron ocho veces: deben observarse y guardarse estas cosas. Se dijo cinco veces: damos gracias á vuestra doctrina. Se dijo diez veces: rogamus que esto se observe por siempre. Se dijo quince veces: deseamos por San Pedro que se guarden estas cosas para siempre. Se dijo ocho veces: esta usurpacion jamás se cometa. Se dijo diez veces: el que violare esto, hallará en sí mismo la censura de la escomunion. Y habiendo todos quedado en silencio, el obispo Hilario dijo:

V.

Que ningun obispo se elija sucesor.

Ademas, hermanos, han llegado á nuestros oidos por relacion cierta cosas nuevas é inauditas en las cartas que hemos recibido de las Españas, en cuyas regiones nacen las semillas de las perversidades. Pues algunos juzgan que el episcopado, que no se da sino á los méritos anteriores, no es un don divino, sino un bien hereditario; y creen

(4) Este periodo está tomado de los códigos Emil. Bib. Real, Tol. 1. y 2. Urgel y Gerona, faltando en los otros.  
(5) Las palabras *excommunicationis censuram*, faltan en los códigos Alv. Emi., Escor. 3. y Gerund. Se han tomado de los demas.

ducas atque mortales ita sacerdotium velut legali (*legatorio*) aut testamentario jure posse dimitti. Nam plerique sacerdotes in mortis confinio constituti in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare, ut scilicet non legitima expectetur electio, sed defuncti gratificati (*gratificatio populi praebeatur*) populi habeatur assensu. Quod quam grave sit aestimatis (*aestimate*): atque ideo, si placet, etiam hanc licentiam generaliter de ecclesiis auferamus, ne, quod turpe dictu est, homini se quisquam putet deberi quod Dei est. Ut autem quod ad nos perlatum (*prolatum*) est ad vestram etiam poterit pervenire notitiam, Hispanorum, et coepiscoporum fratrum nostrorum scripta legantur. Paulus notarius recitavit: et statutum est, nequid ultra hujusmodi sacerdotibus praesumatur.

que á imitacion de las cosas caducas y mortales, puede dejarse el sacerdocio, como se hace con un legado, ó disponerse de él por derecho testamentario. En comprobacion de esto se sabe que muchos sacerdotes estando á punto de morir, colocan en su lugar á otros, designándolos por sus nombres; de modo que no se espera eleccion legítima, sino que se considera la gratificacion del difunto por asentimiento del pueblo. Cuya gravedad comprendeis; y por lo tanto, si os agrada, quitemos por regla general esta licencia; no sea que, lo que solo decirlo es una fealdad, crea alguno que debe al hombre lo que es propio de Dios solo. Y para que lo que se nos ha referido pueda llegar tambien á vuestra noticia, léanse las cartas de los españoles y de nuestros hermanos coepiscopos. Paulo, notario las leyó; y se mandó que en adelante semejantes sacerdotes no cometan tal usurpacion.

## LXXV.

### EPISTOLA EJUSDEM HILARII PAPAE AD ASCANIAM, ET AD UNIVERSOS TARRACONENSIS PROVINCIAE EPISCOPOS.

DILECTISSIMIS FRATRIBUS ASCANIO ET UNIVERSIS EPISCOPIBUS TARRACONENSIS PROVINCIAE HILARIUS EPISCOPUS.

Postquam litteras vestrae dilectionis accepimus, quibus praesumptiones Silvani episcopi Calagurritanorum ecclesiae retundi petistis, et rursum Barcinonensium quaeritis nimis illicita vota firmari: honoratorum et possessorum (1) Turiassonensium, Cascautensium, Calagurritanorum, Varesensium (2), Tritiensium, Legionensium, et Birovescentium (3) civitatum cum subscriptionibus diversorum litteras nobis constat ingestas, per quas id quod de Silvano querela vestra deprompserat excusabant. Sed reprehensione justissima eorum pariter allegatio non carebat; quia praeter conscientiam metropolitani fratris (4) et coepiscopi nostri Ascantii nonnullis civitatibus ordinatos claruit sacerdotes. Unde quoniam quidquid ab alterutra parte est indicatum omne vidimus perversitate confusum, temporum necessitate perspecta, hac ratione decernimus ad veniam pertinere quod ges-

### EPISTOLA DEL MISMO PAPA HILARIO A ASCANIO Y A TODOS LOS OBISPOS DE LA PROVINCIA TARRACONENSE.

EL OBISPO HILARIO A LOS CARISIMOS HERMANOS ASCANIO Y A TODOS LOS OBISPOS DE LA PROVINCIA DE TARRAGONA.

Despues de haber recibido la carta de vuestra caridad, en la que pedisteis que se pusiera un dique á las usurpaciones de Silvano, obispo de la iglesia de los calagurritanos, y en la que ademas preguntásteis si se han de confirmar los votos ilicitos de los barceloneses, consta que se nos ha escrito tambien por diversas personas honradas y pudientes de Tarazona, Cascante, Calahorra, Varea, Tricio, Leon y Briviesca, en las que excusaban lo que vuestra queja queria castigar en Silvano; pero las razones de estos no carecian tampoco de justissima reprehension; porque se patentizó que en algunas ciudades se ordenaron sacerdotes sin anuencia del metropolitano, nuestro hermano y coepiscopo Ascancio. Por lo cual, y viendo que cuanto estaba indicado por las partes se encontraba confundido y mezclado de perversidad, atendidas las circunstancias, decretamos:

(1) Ex reliquis praeter Alv. et Esc, 3. in quibus: episcoporum.

(2) In excussis; Virgiliensium.

(3) In excussis: Civitatensium.

(4) Ex ceteris praeter Alv. in quo: patris.

tum est, ut nihil deinceps contra sententiam beati Apostoli, nihil contra Nicaenorum canonum constituta tentetur.

Ut nullus sine consensu metropolitani episcopus ordinetur.

Hoc autem primum juxta eorundem patrum regulas volumus custodiri, ut nullus praeter notitiam atque consensum fratris Ascanii metropolitani aliquatenus consecratur antistes, quia hoc est trecentorum decem et octo sancta patrum definit auctoritas: cui quisquis obvias tetenderit manus, eorum se consortio fatetur indignum quorum praeceptionibus reluctarit (resultarit).

II.

Ut nullus episcoporum, relicta propria ecclesia, ad aliam transeat.

In quorum contumeliam a superbo spiritu etiam pars illa contemnitur, qua cavetur, ne quis relicta ecclesia sua ad aliam (3) transire praesumat. Quod nimis improbe conniventibus, et (ut doleatur gravius) vobis asserentibus Irenaeus episcopus conatur admittere, qui (quod) nostra auctoritate roborare cupitis, quos maxime de rebus illicitis magna indignatione probatis accendi. Lectis ergo in conventu fratrum, quos natalis mei festivas congregarat, litteris vestris, quae de ordinandis episcopis secundum statuta canonum vel praedecessorum meorum decreta (sunt) fuerit prolata sententia, gestorum, quae pariter direximus, tenore discetis.

III.

Ut Irenaeus remotus a Barcinonensi ecclesia ad propriam revertetur.

Unde remoto ab ecclesia Barcinonensi atque ad suam remisso Irenaeo episcopo, sedatis per sacerdotalem modestiam voluntatibus, quae per ignorantiam ecclesiasticarum legum desiderant quod non licet obtinere; talis protinus de clero proprio Barcinonensibus episcopus ordinetur, qualem te praecipue, frater Ascani, oporteat eligere et deceat consecrare, ne si aliter (similiter) forte factum fuerit non sine objurgatione maxima tui nominis retundat (retundatur) nostra praeceptio, quod

que se perdone lo ya hecho, pero que en adelante no se practique nada en contra de la sentencia del bienaventurado Apostol, ni en oposicion a las constituciones de los canones nicanos.

Que ninguno se ordene de obispo sin consentimiento del metropolitano.

Ante todo queremos que se observe en conformidad a las reglas de los mismos Padres, que ninguno bajo cualquier concepto se ordene de obispo sin noticia y consentimiento de nuestro hermano el metropolitano Ascanio; porque asi se halla establecido desde antiguo, y porque asi lo definio la santa autoridad de los 318 Padres, a la que cualquiera que se opusiere, con solo este mero hecho se declara indigno de la comunión de aquellos, cuyos preceptos elude.

II.

Que ningun obispo pase a otra iglesia dejando la propia.

En afrenta de los cuales el espíritu soberbio desprecia tambien aquella constitucion en que se mandó que ninguno pase a otra iglesia, dejando la suya. Y lo que aun es mas doloroso, que con vuestro asentimiento el obispo Ireneo intente ejecutar con escesiva improbidad lo que vosotros deseais se confirme con nuestra autoridad a favor de aquellos, a quienes probais que indignan extraordinariamente las cosas ilicitas. Leida pues vuestra carta en el concilio, que la festividad de mi natalicio habia congregado, podeis conocer por las actas, que igualmente os remitimos, cual es la sentencia que acerca de la ordenacion de los obispos se ha dado, siguiendo los cánones o los decretos de mis antecesores.

III.

Que Ireneo sea privado de la sede barcelonesa, volviéndose a la propia.

Por lo que separando a Ireneo de la iglesia de Barcelona, y remitiéndole a la suya, quietados por la modestia sacerdotal los ánimos, los cuales desean por ignorancia de las leyes eclesiasticas lo que no es lícito obtener, se ordenará inmediatamente para obispo de Barcelona uno del clero propio, el cual, hermano Ascanio, conviene que especialmente elijas y consagres; y si se hiciere de otra manera, recaerá nuestro mandato en gran reprension de tu nombre, porque habremos visto

(3) In ceteris praeter Aly. alteram.

in injuriam Dei, a quo specialiter sacerdotalium est gratia dignitatum, didicerimus admissum, nec episcopalis honor haereditarium jus putetur, quod nobis sola Dei nostri benignitate (*Christi*) confertur.

IV.

De removendis episcopis, qui illicitè ordinati sunt, et ne in una ecclesia duo episcopi habeantur.

Ordinatos ergo nunc episcopos, qui, licet (*dum*) te ignorante proelecti sunt, cum suis auctoribus meruerint submoveri, hac ratione firmamus, si nec viduae maritus fuerit quisquam, nec (*et in unius virginis nuptias*) in secundae conjugis nuptias ac vota convenerit, sicut et legalia constituta praecipiant, dicendo: *Sacerdos uxorem virginem accipiat, non viduam, non repudiatam*: secundum etiam quod beatus apostolus Paulus magister gentium de his, qui fieri desiderant sacerdotes, propria institutione non tacuit dicens: *Unius uxoris virum*. Cujus tenore sententiae ita informati esse debetis, fratres carissimi, ut inter cetera, quae cavenda sunt, haec studeatis praecipue custodire, quae cognoscitis ante universa mandari. In quibus etiam prospiciendum (*perspiciendum*) est ne duo simul sint unius ecclesiae sacerdotes, aut litterarum ignarus, aut carens aliqua parte membrorum, vel etiam ex poenitentibus (*expoenitens*) aliquis ad sacrum mysterium prorsus sinatur accedere. Nec tantum putetis petitiones valere populorum, ut quum his parere cupitis, voluntatem Dei nostri, quae (*qui nos*) peccare prohibet, deseratis; cujus indignatio ex hoc gravius commovetur, quia benignitas ejus, dum fiunt illicita per eos, qui sunt interpretes placationis, offenditur.

De damnatione Irenaei si ad suam ecclesiam non reverteretur.

Ut aulem omnia secundum haec, quae scripta (6) sunt, corrigantur, praesentes litteras Trajano subdiacono veniente direximus. Quod si Irenaeus episcopus ad ecclesiam suam deposito improbitatis ambitu redire neglexerit, quod ei non iudicio sed humanitate praestabitur, removendum se ab episcopali consortio esse cognoscat. Deus vos custodiat incolumes, fratres carissimi. (a)

(6) Em. Bibl. Reg. Esc. 3. Urg. Ger. quae scripsimus.  
(a) En los códices que no pertenecen á nuestra Colección se

que en injuria de Dios, que es especialmente el que da las dignidades sacerdotales, se ha convertido el honor episcopal en derecho hereditario; siendo así que se nos confiere por sola la benignidad de nuestro Dios.

IV.

Que se deponga á los obispos que han sido ordenados ilícitamente, y que en una iglesia no haya dos.

Respecto á los que han sido ordenados de obispos, los cuales aunque por no haberte dado parte merecian ser depuestos en union de sus ordenadores, los dejamos; con tal que no hayan sido maridos de viuda ni bigamos, como tambien mandan los preceptos legales, que dicen: *El sacerdote reciba una muger virgen, no viuda ni repudiada*: apoyado en lo cual el bienaventurado apostol San Pablo, maestro de los gentiles, dijo tambien respecto á los que desean hacerse sacerdotes, *que sean esposos de una sola muger*. De cuya sentencia debéis estar tan informados, hermanos carísimos, que entre las demas cosas que han de evitarse, cuidaréis de guardar principalmente las que conoçais que se mandan con preferencia á todas. Entre ellas debe igualmente tenerse presente que no haya á un tiempo dos sacerdotes en una sola iglesia, ni se cree á un iliterato, ni al que carezca de parte de algun miembro, ni al penitente, para desempeñar los misterios sagrados. Ni debéis tampoco dar tanto valor á las peticiones de los pueblos, que deseando obedecerlas, prescindais de la voluntad de nuestro Dios, que prohíbe pecar: cuya indignacion será tanto mayor, porque su benignidad se ofende mas cuando se cometen (cosas) ilícitas por aquellos que son intérpretes de su misericordia.

De la condenación de Ireneo si no vuelve á su iglesia.

Y para que todas las cosas se corrijan segun el tenor referido, hemos dado esta carta al subdiacono Trajano, que habia venido aquí. Y si el obispo Ireneo no quisiere volver á su iglesia, absteniéndose de la improba ambicion, tenga entendido que será privado de la comunión episcopal, puesto que no se le perdona por justicia que le asista, sino solo por benignidad. Dios os guarde, hermanos carísimos.

añade: *Data III kalendas Januarii, Basilico (Basilisco) et Herminerico viris clarissimis consultibus* (año 436 de J. C.)



# LXXVI.

EPISTOLA EJUSDEM HILARII PAPAE AD EUMDEM ASCAN-  
NIUM TARRACONENSEM EPISCOPUM.

## DE HIS QUAE SUPERIUS SUNT SCRIPTA.

DELECTISSIMO FRATRI ASCANIO HILARIUS EPISCOPUS.

Divinae circa nos gratiae non immemores esse debemus, quae nos per dignationis suae misericordiam (*gratiam*) ob hoc ad fastigium sacerdotale provexit, ut mandatis ipsius inhaerentes et in quadam sacerdotii (*sacerdotum*) ejus specula constituti prohibeamus illicita, et sequenda doceamus. Unde directis per Trajanum subdiaconum nostrum litteris admonemus, ut quae male sunt facta corrigantur. Et miramur admodum dilectionem tuam Barcinonensium petitiones non solum nulla auctoritate retudisse, verum etiam directis ad nos litteris conversationem (*consensionem* vel *consummationem*) pravi desiderii postulasse, adhibendo in epistolarum proemio concilii mentionem, tamquam culpae minuerentur excessus per multitudinem imperitorum (*impetitorum*), quum si etiam sub significatione (*subsignationem*) unusquisque sui nominis tecum pariter retulisset, et subscriptiones proprias fratres (*factas*) singuli commodassent, dilectionem tamen tuam rei, de qua (*quae*) displicet, summa tangebatur, quia pro loco et honore tibi debito ceteri sacerdotes docendi fuerant, non sequendi. Unde, sicut generalibus litteris indicavi, Irenaeus ad propriam revertatur ecclesiam, et Barcinonensibus de suo clero protinus consecratur antistes, cui tamen statuta canonum et apostolica praecepta concordent. Et licet hi, qui praeter notitiam atque consensum tuae dilectionis ordinati sunt sacerdotes, cum suis debuerunt auctoribus submoventi; ne quid tamen in tanta necessitate decernamus austerum, eos qui episcopi facti sunt ita volumus permanere, si (*ut in*) apostolicis praeceptionibus et statutis sanctorum patrum non reperiantur obnoxii; ac deinceps nihil, quod contra disciplinam ecclesiasticam veniat, sicut hactenus factum est, perpetretur. Tuae sollicitudinis est, frater carissime, debitam (*omnia debita tibi auctoritate*) tibi auctoritatem tueri, et illicitis non solummodo non praebere assensum, sed etiam cuncta quae contra regulam fieri repereris coercere, atque ante omnia, quod (*quae sola unitate*) sola humanitate decernimus, Ire-

EPISTOLA DEL MISMO PAPA HILARIO AL MISMO ASCANIO, OBISPO DE TARRAGONA,

## ACERCA DE LOS ASUNTOS DE LA CARTA ANTERIOR.

EL OBISPO HILARIO AL MUY AMADO HERMANO ASCANIO.

No debemos olvidarnos de los favores que recibimos de la divina gracia, la cual por misericordia de su dignacion nos condujo al episcopado; de modo que obedeciendo los mandatos de la misma, y constituidos en cierta atalaya de su sacerdocio, debemos prohibir las cosas ilícitas, y enseñar las que deben practicarse. Por lo que os amonestamos en la carta dirigida por medio de nuestro subdiacono Trajano á que se corrijan las cosas mal hechas. Y nos admiramos extraordinariamente de que tu caridad no solo no se haya opuesto con ninguna autoridad á las pretensiones de los barceloneses, sino que haya pedido la consumacion de un mal deseo en la carta que nos ha remitido, haciendo en el proemio de la epístola mencion del concilio: como si los escesos de la culpa se disminuyesen por la multitud de los ignorantes. Y aunque cada cual en particular te hubiera dado parte con espresion de su nombre, y cada uno de los hermanos hubiera firmado; sin embargo la correccion de un esceso tan grande tocaba á tu caridad; porque en atencion al lugar y honor que te deben los demas sacerdotes, debian ser enseñados por ti, y no seguirlos tu. Por lo que, segun manifesté en el decreto general, vuelva Ireneo á su propia iglesia, y sea inmediatamente consagrado para la de Barcelona un prelado de su clero, con el cual estén conformes además los estatutos de los cánones y los preceptos apostolicos. Y aunque aquellos que sin noticia y consentimiento de tu caridad han sido ordenados de sacerdotes, debian ser depuestos en union de sus ordenadores; sin embargo, porque en medio de una escasez tan grande de ministros no se nos trate de austeros, queremos, que los así ordenados de obispos, permanezcan tales; si no lo contradicen los preceptos apostolicos y los estatutos de los santos Padres, y que además no se ejecute ninguna cosa, segun hasta aquí se ha hecho, en contra de la disciplina eclesiástica. Corresponde pues á tu sollicitud, hermano carísimo, defender la autoridad

naeum ad ecclesiam suam redire compelle, ad quam sponte potius remeare debet, si sacerdotali consortio metuit separari. Nec unius ecclesiae duo esse permittantur antistites, quod opportuniùs sub (*supradicti*) praedicti subdiaconi fieri delegamus instantia, quem etiam pro conservanda ecclesiae disciplina commear ad Hispanias dispositionis nostrae fecit auctoritas. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

que te se debe, y no solo dejar de condescender con las cosas ilícitas, sino castigar cuanto hallares contrario á la regla; y ante todo (lo que decretamos por sola humanidad) obligar á que Ireneo vuelva á su iglesia; á la cual mas bien deberá regresar de propia voluntad, si teme ser separado de la comunión sacerdotal. Tampoco ha de permitirse que en una iglesia haya dos prelados, lo que encaramos que se efectúe á tiempo á instancia del referido subdiácono, al cual la autoridad de nuestra disposición obligo tambien á que pasara á las Españas para conservar la disciplina de la iglesia. Dios te guarde, hermano carísimo.

**LXXVII.**

**LXXVII y LXXXI.**

Con las guerras y desórdenes desde el año 409 en que entraron los bárbaros en la Bética habia sufrido mucho esta provincia, añadiéndose á estas plagas la heregía arriana y priscilianista. Este mal perturbaba y afeaba en todas nuestras regiones, no solo la disciplina eclesiástica, sino aun el culto divino; y la provincia de Andalucía, á no ser por el celo, eficacia y solitud de su prelado Zenon, no hubiera podido sanar de las heridas que habia recibido en tan prolongado tiempo; pero su obispo, lleno del fervor del Espíritu Santo, se dedicó con tanto anhelo á reparar lo sagrado, á reprimir abusos, á renovar lo descaecido, á colocarlo todo en tan buen orden y á darle tanto esplendor, que al poco tiempo no aparecian vestigios de las calamidades anteriores. Esta sobresaliente prudencia llegó á noticia hasta del sumo pontífice San Simplicio, el que sabiendo por infinitos conductos las doles de nuestro metropolitano, se constituyó en su panegirista, llamándole restaurador del culto y varon que con el fervor del Espíritu Santo de tal suerte habia sabido gobernar la nave de la iglesia, que no quedaron indicios de naufragio; siendo así que habia sufrido mucho en las tempestades precedentes. A estos elogios el vicario de Cristo en la tierra añadió la remuneracion que tan grandes servicios merecian, dándole el vicariato apostólico, para que, fortalecido con la autoridad pontificia, no consintiera que bajo ningun concepto se traspasaran los límites de los estatutos apostólicos y de los santos Padres. La iglesia de Sevilla puede gloriarse con razon de haber tenido tan digno prelado; pues es el español primero de quien sabemos haya desempeñado el vicariato apostólico.

Los aplausos por el merecimiento de Zenon no pararon aquí; pues sobreviviendo al pontífice Simplicio, y sucediendo á este Felix III, volvió á tributarle los mismos elogios, tratándole de prelado en quien resaltaba tanto la gracia del amor y obras santas, que no obstante la turbacion de las cosas mundanas, sobresalia como principal gobernador de la iglesia. Así se lo testificó al pontífice un clarísimo varon, amigo suyo, llamado Felix Terenciano, de quien se hace mencion en nuestra Decretal LXXXI, cuyo sugeto habia tratado á Zenon; y al volver de Italia á España pidió al papa que escribiese al metropolitano de quien hablamos, como lo hizo su Santidad, recomendándole al mismo Terenciano.

En nuestra Decretal LXXVII se manifiesta la solitud y vigilancia del papa Simplicio, el que no obstante que se hallaba bajo la espada de los Erulos, no omitia el cuidado de las iglesias estrangeras, que colocadas á largas distancias gemian bajo la servidumbre de los godos. La nuestra es la prueba mas convincente.

De las palabras que se hallan al final de esta Decretal LXXVII se infiere, que no solo el pontífice constituyó á Zenon vicario apostólico en la provincia Bética, cuya metrópoli por entonces era Sevilla; sino que tambien hizo estensivas sus facultades á las demas iglesias de España. No consta con certeza el año en que se espidió esta Decretal, solo sí parece que debe ponerse en el trascurso de los diez y seis que mediaron entre el 467 y el 483, que fueron los que Simplicio obtuvo el pontificado.

DECRETA PAPAE SIMPLICII DIRECTA AD ZENONEM HISPALENSEM EPISCOPUM.

DE COMMISSA VICE APOSTOLICAE SEDIS.

DILECTISSIMO FRATRI ZENONI SIMPLICIUS.

Plurimorum relatu comperimus dilectionem tuam fervore Spiritus sancti ita te navis ecclesiasticae gubernatorem existere, ut naufragii detrimentum Deo auctore non sentiat. Talibus idcirco gloriantes indiciis congruum ducimus vicaria sedis nostrae te auctoritate fulciri, cujus vigore munitus apostolicae institutionis decreta, vel sanctorum terminos patrum nullo modo transcendere permittas; quoniam digna honoris remuneratione cumulandus est, per quem in his regionibus divinus crescere innotuit cultus. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

LXXXI y LXXXII

LXXVIII.

EPISTOLA ACACII EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI AD SIMPLICIUM EPISCOPUM URBIS ROMAE.

DOMINO SANCTO PATRI ARCHIEPISCOPO SIMPLICIO ACACII.

Sollicitudinem omnium ecclesiarum secundum apostolum circumferentes nos indesinenter hortamini, quamvis sponte vigilantes ac praecurrentes, et (sed) vos divinum zelum solito demonstratis, statum Alexandrinae ecclesiae certius requirentes ut pro paternis canonibus suscipiatis laborem piissimo stillantes sudore pro his, sicut semper est approbatum. Sed Christus Deus noster, qui diligentibus se in bonum cooperatur, nostris cogitationibus insidens, ut unam nobis in his mentem atque eandem pro gloria sua esse cognoscens, omnem victoriam ipse perfecit, consortes nos cum tranquillissimo principe faciens, et Timotheum quidem decessorem spirantem procellas et ecclesiasticam tranquillitatem, sicut apparuit, conturbantem vitae subtraxit humanae, dicens ei: Tace et obmutesce. Petrum quoque, qui ab Alexandria more simili (similiter) procellae surrexerat, dissipavit,

DECRETOS DEL PAPA SIMPLICIO A ZENON, OBISPO DE SEVILLA.

HACIÉNDOLE VICARIO DE LA SEDE APOSTOLICA.

SIMPLICIO AL CARÍSIMO HERMANO ZENON.

Sabemos por relacion de muchos que tu caridad gobierna con tanto acierto, mediante el fervor del Espíritu Santo, la nave eclesiástica que te se ha confiado, que con el auxilio de Dios no siente los daños del naufragio. Por lo tanto, y gloriándonos por semejantes noticias, hemos creído conveniente revestirte de poderes como á vicario de nuestra sede; apoyado en los cuales, no permitirás que bajo ningun concepto se conculquen los decretos apostólicos, ó se traspasen los términos de los santos Padres; porque debe colmarse de un grande honor á aquel, por cuyo medio se sabe que crece el culto divino en esas regiones. Dios te guarde, hermano carísimo.

EPISTOLA DE ACACIO, OBISPO DE CONSTANTINOPLA, A SIMPLICIO, OBISPO DE ROMA.

ACACIO AL SEÑOR Y SANTO PADRE ARZOBISPO SIMPLICIO.

Hallándoos encargados de la solícitud de todas las iglesias, según el Apóstol, y exhortándonos sin descanso, no obstante que espontáneamente vigilamos y nos anticipamos, demostrais como de costumbre el celo divino, procurando enteraros con mas certeza del estado de la iglesia de Alejandría, para trabajar con la mayor piedad en favor de los cánones de los Padres. Pero Cristo Dios nuestro que ayuda en lo bueno á los que le aman, inspirando nuestro pensamiento, y conociendo que en nosotros no hay sino una é idéntica voluntad en favor de su gloria, concedió una completa victoria, haciéndonos compañeros del tranquilísimo príncipe, y privando de la vida humana á Timoteo, nuestro antecesor, que según se ha visto causaba escisiones, y turbaba la tranquilidad eclesiástica, diciéndole: Calla y enmudece. También concluyó con Pedro, que imitando al anterior,

atque in aeternam fugam sancto Spiritu flante, convertit unum (*et ipsum de his*) ex his qui olim fuerant et ante damnati. Sicut enim in nostris archiviis (*concliiis*) inventum est, et de vestris scriniis (*estrenue*), si dignamini requirere, poteritis agnoscere, quae de eodem subsequuta ab Alexandrino episcopo ad Romam ad alterutrum sint relata. Qui Petrus noctis existens filius et operum diei lucentium alienus apparens, omnino tenebras ad latrocinium peragendum congruas earum cooperator inveniens media nocte, adhuc jacente cadavere illius, qui paternos canones subverterat insepulto, subrepsit (*subripuit sedem*) in sedem, sicut ipse arbitratus est, uno et solo praesente et eo, qui consors ipsius insistebat insaniae, ita ut propter hoc majoribus suppliciis subderetur; nec quod sperabat effectum est. Sed ille quidem de se ex parte vel minima iudicans nusquam penitus omnino comparuit. Timotheus autem paternorum custos canonum, qui Davidicae mansuetudinis exemplo subditur, et usque in finem patiens, atque potestati propriae restitutus a Cristo, propriae sedis honore laetatur, et spiritualium filiorum voces accipiens gratiam curationis expectat multiplicato in se honore a Cristo principe sacerdotum, propter quem et tolerantiae coronam sibimet religavit. Attentius igitur oret vestra beatitudo pro christianissimo imperatore, et pro nobis ipsis; nihil enim praetermittitur eorum, quae ad custodiam ecclesiasticae respiciunt disciplinae. Universam fraternitatem, quae vobiscum est in Christo, ego et qui mecum sunt salutamus; *et alia manu.* In Domino (a) ora pro nobis, justissime pater.

habia movido cisma en Alejandría, y por inspiracion del Espíritu Santo puso en eterna fuga á uno de aquellos que ahora y antes habian sido condenados. Pues se halla en nuestros archivos, y segun podreis conocer por los registros que se encuentran en los vuestros, si es que os dignais buscarlo, lo que en la misma época se refirió de él por el obispo de Alejandría al de Roma. El cual Pedro, siendo hijo de la noche y enemigo de las obras que brillan en el dia, hallando su cooperator las tinieblas apropósito para verificar el latrocinio á media noche, estando aun sin sepultar el cadáver de aquel que habia trastornado los cánones de los Padres, asaltó la sede enteramente á su arbitrio, hallándose presente uno solo, que era el compañero de su locura; de modo que por esta causa deberia quedar sujeto á mayores suplicios; pero no se realizaron sus esperanzas: pues aquel jamás compareció. Mas Timoteo, custodió de los cánones de los Padres, que á ejemplo de la mansedumbre de David se sujeta, y padece hasta el fin, y es restituido por Cristo á la potestad que se le debe, se alegra con el honor de la propia sede; y oyendo las voces de los hijos espirituales espera la gracia de la curacion, despues de haber sido multiplicado en él el honor por Cristo, principe de los sacerdotes, por quien se ciñó la corona de la tolerancia. Vuestra beatitudo pida con la mayor solicitud por el emperador cristianísimo y por nosotros mismos; porque no se omite nada de cuanto concierne á la observancia de la disciplina eclesiástica. Yo y todos los que se hallan conmigo saludamos en Cristo á todos los hermanos que están con vos. *Y de otra mano:* Padre justísimo, ruega al Señor por nosotros.

(a) Conserveris sanctissime et beatissime pater.

LXXV.

EPISTOLA FELICIS AD EPISCOPOS PER SICILIAM.

DILECTISSIMIS FRATRIBUS UNIVERSIS EPISCOPIB PER SICILIAM (per diversas provincias) CONSTITUTIS FELIX IN DOMINO SALUTEM.

Qualiter in Africanis regionibus astutia diaboli saevierit in populum christianum, atque in (atque id) id multiplici deceptione proruperit, ut non modo vulgus incautum sed ipsos quoque in mortis profunda demerserit sacerdotes, nullus non orbis ingemuit, nulla terra nescivit. Unde in grandi moerore positi dissimulare non possumus pereuntium atque a nobis exigendarum discrimen animarum; quapropter competens adhibenda est talibus medela vulneribus, ne immatura curandi facilitas mortifera captis peste nihil prosit, sed segnius tractata (tracta) perniciis reatum non legitimaurationis involvat pariter saucios et medentes.

I.

De his qui rebaptizati doluerunt, et postea poenitere noluerunt.

Imprimis itaque venientis ad vos et remedium postulantis sollicitè discutienda est professio et persona decepti, ut medela possit congruens exhiberi, et qui satisfactorius Deo per poenitentiam rebaptizatum se legitime doluerit, utrum ad hoc facinus concurrerit (cucurrerit vel occurrerit) an impulsus accesserit, requiratur, sciens quod se decipiat ipse qui fallit, nihilque per nostram facilitatem tribunalis Excelsi iudicio derogari, cui illa sunt rata (recta), quae pia, quae vera, quae justa sunt; et aliter necessitatis, aliter tractanda est ratio voluntatis. Deterior est autem causa illius, qui forte pretio sollicitatus est, ut periret. Nihil enim intentatum reliquit inimicus, cui ne de sua liceat gaudere captura, succurrendum est irretitis, et conterendus (contendendus) est venantis laqueus, ut infucatum lamentationibus lapsum tam justitiae moderatione, quam compunctione pietatis ad aulam, quam reliquerat, sit regressus. Nec pudeat forsitan aut pigeat indictis jeju-

EPISTOLA DE FELIX A LOS OBISPOS DE SICILIA.

FELIX SALUDA EN EL SEÑOR A TODOS LOS MUY AMADOS HERMANOS OBISPOS RESIDENTES EN SICILIA.

Todo el mundo ha llorado y conoce la manera con que la astucia del diablo se ha ensañado en Africa con el pueblo cristiano, y como le ha engañado tan repetidas veces; de modo que no solo ha causado la muerte al vulgo incauto, sino tambien a los mismos sacerdotes. Por lo que entristecidos sobremañera no podemos disimular el peligro de las almas que perecen, y cuya cuenta se nos ha de pedir; de modo que debe aplicarse medicina a semejantes heridas, no sea que la facilidad prematura en curar, no aproveche de nada a los que estan infestados de muerte, sino que la ruina tratada con mas lentitud envuelva en el pecado de una curacion no legitima a los enfermos y medicos.

I.

De los que se arrepintieron de haber sido rebautizados, y despues no quisieron hacer penitencia.

Ante todo pues debe hacerse averiguacion exacta de la profesion del que viene a vos y pide el remedio, y de la persona del engañado, para que se pueda aplicar congrua medicina; habiendo de examinarse si el que va a dar satisfaccion a Dios mediante penitencia, y se arrepiente legitimamente de haber sido rebautizado, ha concurrido a esta maldad de voluntad propia, o si ha sido impelido a ella; sabiendo que se engaña el que trata de engañar, y que nada puede derogarse por nuestra facilidad al juicio del Tribunal del Excelso, para quien son validas aquellas cosas que son piadosas, verdaderas y justas; debiendo tratarse de manera distinta lo cometido por necesidad, de lo ejecutado con voluntad; siendo aun todavia peor la causa de aquel que fue solicitado por precio para perecer. Nada pues ha dejado el enemigo por intentar; y para que no le sea licito alegrarse por sus presas, debe socorrerse a los que han caido en

niorum gemituumque temporibus obedire, aut aliis observantiae salubrioris obtemperare praeceptis, quia humilibus datur gratia, non superbis. Sit ergo ruina sua (*ruinae suae dolore*) prostratus si quis in Christo fieri quaerit erectus, et per dispositionis nostrae ministerium, quod vestram sequi convenit caritatem nec alicui fas est velle vel posse transcendere, causas ejus, qui contra apostolicam doctrinam ad iterationem se baptismi (*baptismatis nimis infaustam dedit*) dedit, vel ejus, qui aliquibus argumentis excusandum callidè proprium putaverit esse consensum, sacerdotali vigore, et humanitate tractemus, ut in eis fides, quae nisi est una jam nulla est, adjutorio Domini judicis ad salutem sine nostrae properationis offensione reparetur. Quia quum peccatoris a nobis satisfactio protrahitur, non praeter nostram laudem atque laetitiam mens ejus ad veniam purgator invenitur. Et ideo memineritis hanc super his nos habere sententiam, ut servata discretione peccantium non eadem cuncti, qui lapsi sunt, lance pensentur, quoniam majoris castigationis est exigendus usura (*usuras*), cui domus Domini commissa fuerit disciplina.

De presbyteris vel diaconibus, qui in lapsum haereticorum sese baptismati dederunt.

II.

De presbyteris vel diaconibus, qui in lapsum haereticorum sese baptismati dederunt. Ut ergo ab ecclesiae summitatibus inchoemus, eos quos episcopos, presbyteros, vel diaconos fuisse constiterit, et seu optantes forsitan, seu coactos lavacri illius unici salutarisque claruerit fecisse jacturam, et Christum, quem non solum dono regenerationis verum etiam gratia percepti honoris induerant, exuisse, quum constet neminem ad secundam unctionem venire potuisse, nisi se palam christianum negaverit, et professus fuerit esse paganus; quod cum generaliter sit in omnibus execrandum, multò magis in episcopis, presbyteris, et diaconibus auditu saltem dictaque probatur horrendum: sed quia idem Dominus, atque Salvator clementissimus est, et neminem vult perire, usque ad exitus sui diem cum (*in poenitentia*) poenitentia, si resipiscunt, jacere conveniet: nec orationi non modò fidelium, sed nec catecumenorum quidem omnimodis interesse, quibus communio laica (*tantum in morte reddenda est*) in morte redhibenda est. Quam rem diligentius explorare vel facere probatissimi sacerdotis cura debebit.

sus redes, y romperse el lazo del cazador, á fin de que vuelva el caido, tanto por la moderacion de la justicia, como por el arrepentimiento de la piedad, al palacio que habia abandonado. Y no debe causar pudor ó hastio cumplir los ayunos y llantos que se prescriben, ni obedecer á los otros preceptos de observancia mas saludable, porque se concede gracia á los humildes, y no á los soberbios. Quede pues envuelto en su ruina el que busca ser levantado en Cristo; y por ministerio de nuestra disposicion, que conviene siga vuestra caridad, no sea licito á nadie querer ó poder trascender las causas de aquel, que en contra de la doctrina apostólica se presenta á la reiteracion del bautismo, ó la del que juzgare que mediante algunos argumentos será con astucia escusado su propio consentimiento, tratando nosotros con vigor sacerdotal y humanidad, para que en ellos la fé, que si no es una, es nula, se repare con ayuda del Señor, que es el juez para salvacion, sin ofensa de nuestra diligencia. Pues cuando concedemos treguas á la satisfaccion del pecador, se encuentra su mente limpia para obtener el perdón no sin alabanza y alegría. Y por lo tanto tendreis presente, que acerca de esto establecemos, que observada la diferencia entre los pecadores, no se mida á todos los lapsos con una misma vara, pues que se debe emplear mayor castigo con aquel á quien se encargó la disciplina de la casa del Señor.

II.

De los presbíteros ó diáconos que habiendo caido en la prevaricacion herética se rebautizaron.

Y empezando por las primeras dignidades de la iglesia debemos decir, que aquellos de quienes constare haber sido obispos, presbíteros ó diáconos, y bien de voluntad propia, bien por coaccion hayan hecho traicion á aquel único y saludable bautismo, y hayan renegado de Cristo, á quien no solo poseian por el don de la regeneracion, sino tambien por la gracia del honor recibido, puesto que consta que nadie puede presentarse á un segundo bautismo, á no ser que públicamente negare que es cristiano, y manifestare ser pagano: y siendo este por regla general execrable en todos, es horrendo solo el decirlo de los obispos, presbíteros y diáconos. Pero porque el mismo Señor y Salvador es clementísimo, y no quiere que nadie perezca, conviene que si se arrepienten, estén en la clase de sustractos hasta el dia de su muerte; no asistiendo tampoco á la oracion, no solo de los fieles, sino ni aun de los catecúmenos, y solo al fin de la vida se les dará la comunión laical. Cuyo descubrimiento y ejecucion quedará á cargo del sacerdote mas experimentado.

III.

De his qui se rebaptizandos impiè dederunt.

De clericis autem et monachis vel puellis Dei aut secularibus servari praecipimus hunc tenorem, quem Nicaena synodus circa eos qui lapsi sunt vel fuerunt servandum esse constituit: ut scilicet qui nulla necessitate, nullius rei timore, atque periculo se, ut rebaptizarentur, impiè dederunt, si tamen eos ex corde poeniteat, tribus annis inter audientes sint; septem autem annis subjaceant inter poenitentes, manibus sacerdotum, duobus etiam oblationes modis omnibus non sinantur offerre, sed tantummodo (a) popularibus in oratione socientur nec confundantur Deo colla submittere. Quod si, utpote mortales sint, intra metas praescripti temporis coeperit vitae finis urgere, subveniendum est imploranti, et seu ab episcopo, qui poenitentiam dederit, seu ab illo, qui tamen datam esse probaverit, aut similiter a presbytero viaticum abeunti de seculo non negetur.

IV.

De his, qui per ignorantiam aetatis rebaptizati sunt.

Pueris autem, quibus quòd adhuc impuberes (*imberbes*) sunt a pueritate vocabulum est, seu clericis, sive laicis, aut etiam similibus puellis, quibus ignorantia suffragatur aetatis, aliquandiu sub manus impositione detentis reddenda communio est: nec eorum expectanda poenitentia, quos excipit a coërcitione censura. Quod est a nobis providè constitutum, ne hi, quibus in terreni labe contagii plus minusve restat ad vitam, dum adhuc in poenitentia sunt, poenitenda fortè committant. Quod si fortè ante praefinitum poenitentiae tempus despectus (*desperatus*) a medicis, aut evidentibus mortis prorsus (*pressus*) indiciis recepta quisquam communionis gratia convalescit, servemus in eo quod Nicaeni canones ordinarunt ut habeatur inter illos, qui in oratione sola communicant, donec impleatur spatium temporis eidem praestitutum. Nec cathecumenos nostros, qui sub tali professione baptizati sunt, praeterimus, quia non est causa dissimilis, sicut iidem sancti canones ordinarunt, ejus, qui quolibet modo Christum, quem semel confessus est, adjurarit. Tribus annis inter audientes sint, et postea cum cathecumenis permittantur orare per manus impositionem communionis catholicae gratiam percepturi, exceptis sanè tantummodo episcopis, presbyteris,

(a) Popularibus in oratione societur. Nec confundatur Deo

III.

De aquellos que se presentaron impiamente á ser rebautizados.

Generalis etiam querelae vitanda praesumptio est, qua propemodum causantur universi, passim servos aut originarios, dominorum jura possessionumque (*possessionemque*) fugientes, sub religiosae conversationis obtentu vel ad monasteria sese conferre, vel ad ecclesiasticum famulatum, conniventibus (*cohibentibus*) quoque praesulibus, indifferenter admitti. Quae modis omnibus est amovenda perniciosa, ne per christiani nominis institutum aut aliena pervadi, aut publica videatur disciplina subverti; praecipue quum nec ipsam ministerii clericalis hac obligatione fuscari conveniat dignitatem, cogaturque pro statu militantium sibi conditioneque jurgari, aut videri, quod absit, obnoxia. Quibus sollicita competenter interdictione prohibitis, quisquis episcopus, presbyter et diaconus, vel eorum, qui monasteriis praeesse noscuntur, hujusmodi personas apud se tenentes, non restituendas patronis, aut deinceps vel ecclesiasticae servituti vel religiosae congregationibus putaverint applicandas, nisi voluntate forsitan dominorum sub scripturae testimonio primitus absolutas, vel legitima transactione concessas, periculum se honoris proprii non ambigant communionisque subituros, si super hac re cujusquam verax nos querela pulsaverit. Magnis quippe studiis secundum beatum Apostolum praecavendum est, ne fides et disciplina Domini blasphemetur.

XVII.

Ut clerici nullas negotiationes inhonestas vel turpia lucra sectentur.

Consequens fuit, ut illa quoque, quae de Pieni partibus nuper ad nos missa relatio nuntiavit, non praetereunda putaremus; id est plurimos clericorum negotiationibus inhonestis et lucris turpibus imminere, nullo pudore cernentes evangelicam lectionem, quae ipse Dominus negotiatores e tem-

XV.

Que no se dé el velo á las viudas.

Ningun pontífice se atreva á dar el velo á las viudas; porque bajo ningun pretesto se debe usurpar lo que ni delegó la autoridad divina, ni estableció la forma de los cánones; pues se las deben dar los auxilios eclesiásticos de manera que no se cometa nada ilícito.

XVI.

Que bajo pretesto de religion no se admita á los siervos en el clero ni en los monasterios.

Debe evitarse la queja general con la que se incomoda extraordinariamente á todos, por causa de que á cada paso está sucediendo que los siervos ú originarios, huyendo de sus señores y posesiones, se entran bajo pretesto de vida religiosa en los monasterios, ó son admitidos indifferentermente al servicio de la iglesia con anuencia de los prelados. Cuyo daño debe absolutamente cesar, no sea que por el instituto del nombre cristiano parezca que se invaden los derechos agenos, ó que se trastorna la disciplina pública; en especial no siendo conveniente que la misma dignidad del ministerio clerical sea oscurecida con este vínculo, y se la precise, segun el estado de los que militan, ó á ser incomodada por su condicion, ó á parecer dependiente, lo que no debe suceder. Y prohibidas estas cosas con sollicitud, cualquier obispo, presbítero, diácono, ó prelado de monasterio que retenga á semejantes personas para no restituirlas á sus patronos, ó que en adelante creyere que debe aplicarlas á la servidumbre eclesiástica ó á las congregaciones religiosas, si no han sido primero absueltas por voluntad de sus señores mediante escritura, ó cedidas por legitima transaccion, tenga entendido que perderá su propio honor y la comunión, si sobre esto llegare á nos alguna queja verdadera. Pues debe precaverse con sumo esmero, segun el bienaventurado Apóstol, de que no se blasfeme de la fe y disciplina del Señor.

XVII.

Que los clérigos no se dediquen á negociaciones deshonestas ni á lucros torpes.

Fué consiguiente que no juzgásemos deber omitir lo que se nos denunció que ocurría en la Marca de Ancona, á saber: que muchos clérigos se dedicaban á negociaciones deshonestas y á lucros torpes, no avergonzándose al leer en el evangelio que el mismo Señor arrojó del templo con

plo verberatos flagellis asseritur expulisse; nec Apostoli verba recolentes, quibus ait: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus*; psalmistam quoque David surda dissimulantes aure, cantantem: *Quoniam non cognovi negotiationes, introibo in potentias Domini*. Proinde hujusmodi aut ab indignis (*clerici*) posthac quaestibus noverint abstinendum, et ab omni cujuslibet negotiationis ingenio vel cupiditate cessandum, aut in quocumque gradu sint positi, mox clericalibus officiis abstinere cogantur: quoniam domus Dei domus orationis esse debet et dici, ne officina negotiationis et spelunca potius sit latronum.

XVIII.

Ut nemo litteras nesciens vel aliqua parte corporis imminutus ad clerum promoveatur.

Illiteratos quoque et nonnulla parte corporis imminutos sine ullo respectu ad ecclesiasticum didicimus venire servitium. Quod simul antiqua traditio, et apostolicae sedis vetus forma non recipit, quia nec litteris carens sacris esse potest aptus officii, et vitiosum nihil Deo prorsus offerri legalia precepta sanxerunt. Itaque de cetero modis omnibus haec vitentur, nec quisquam talis suscipiatur in clerum. Si qui verò vel temeritate propria vel incuria praesidentium tales antè suscepti sunt, in his in quibus constituti sunt locis eatenus perseverent, ut nihil unquam promotionis arripiant (*accipiant*), satisque habeant hoc ipsum sibi pro nimia miseratione permissum.

XIX.

De his qui se ipsos abscidunt.

De his autem, qui semetipsos abscidunt, paterni canones evidenter sequenda posuerunt, quorum tenorem sufficiat indidisse. Dicunt enim talia perpetrantes, mox ut agniti fuerint, a munere clericali debere eos secludi. Quod modis omnibus custodire nos convenit, quia fas esse nulli suppeditat quidquam, praeter illa quae memorabilis decrevit forma, censere.

XX.

De criminosis ut ad clerum non promoveantur.

Comperimus etiam horrendis quibusdam criminibus implicatos, tota discretione submota, non solum de factis atrocibus necessariam poenitudinem non habere, sed nec aliqua correctione penitus succedente ad divinum ministerium, honoremque

un látigo á los negociantes; ni reflexionando sobre las palabras del Apóstol, en que dijo: *Ninguno que milite con Dios se emplea en negocios seculares*; ni dando tampoco oídos á David, que dice: *Porque no conocí negocios, entraré en la fortaleza del Señor*. Por lo tanto, en adelante semejantes clérigos deben abstenerse de las indignas ganancias, y cesar de cualquier clase de negociaciones ó codicia; ó de lo contrario en cualquier grado que estén se les obligará luego á cesar en los oficios clericales; porque la casa del Señor debe ser y llamarse casa de oracion; y no ser agencia de negocios, ó mas bien caverna de ladrones.

XVIII.

Que no se promueva al clero á ningún illiterato ó mutilado corporalmente.

Hemos sabido que sin miramiento alguno se han recibido para el servicio eclesiástico á hombres sin letras, y á sugetos á quienes falta alguna parte de su cuerpo: cosas ambas que ni admite la antigua tradicion, ni la primitiva forma de la sede apostólica; porque el que no sabe las letras no puede ser apto para los sagrados oficios, y porque los preceptos legales establecieron que nada vicioso se ofreciera á Dios. Así pues en lo sucesivo todos deberán evitar admitir á ningún sugeto semejante en el clero; mas si alguno ó por temeridad propia ó por descuido de los prelados hubiere ya ingresado, perseverará en el sitio para que fué constituido, pero sin ser promovido jamás; debiéndose contentar con que, atendiendo á la excesiva misericordia, no se le prive de lo que recibió.

XIX.

De los que se castran á sí mismos.

Acerca de los que se castran á sí mismos ya establecieron los cánones antiguos lo que debia observarse, cuyo contenido basta saber: dicen pues que los que cometen tales cosas, tan pronto como se les descubriere sean separados del cargo clerical. Lo que conviene que por todos conceptos observemos; porque á nadie es permitido sino lo que decretó la forma memorable.

XX.

Que no se promueva al clericalto á los criminales.

Hemos averiguado tambien que algunos aspiran al divino ministerio y al honor, hallándose manchados con toda clase de horrendos crímenes, y sin hacer la penitencia necesaria por los delitos atroces. Tambien sabemos que algunos despues

contendere (4): nonnullos autem in ipsis ordinibus constitutos gravibus delinquentes facinoribus non repelli, quum et Apostolus dicat nemini citò manus imponendas, neque communicandum peccatis alienis: et majorum veneranda constituta pronuntiant hujusmodi etiam si forte subreperint, tam qui antè peccaverunt detectos oportere repelli, quàm sacrae professionis oblitos, praevaricatoresque sancti propositi procul dubio submovendos.

XXI.

Quòd daemoniacis, aliisque passionibus irretitis ministeria sacra tractare non liceat.

Usque adeo sanè comperimus illicita quaeque prorumpere, ut daemoniacis similibusque passionibus irretitis ministeria sacrosancta tractare tribuantur. Quibus si in hoc opere positis aliquid propriae necessitatis occurrat; quis de sua fidelium salute confidat, ubi ministros ipsos curationis humanae tanta perspexerit calamitate vexari? Atque ideo necessariò removendi sunt, ne quibuslibet scandalum generetur infirmis, pro quibus Christus est mortuus. Postremò si corpore sauciatum fortassis aut debilem nequaquam sancta contingere lex divina permisit (*permittit*); quantò magis doni coelestis dispensatores esse non convenit, quod est deterius, mente percussos?

XXII.

Quòd hi, qui se sacris virginibus sociant et foedera incesta commiscent, communicare non possint, nisi publicam poenitentiam gesserint.

Virginibus autem sacris temere se quosdam sociare cognovimus, et post dicatum Deo propositum incesta foedera sacrilegaque miscere. Quos protinus aequum est a sacra communione detruendi, et nisi per publicam probatamque poenitentiam omnino non recipi; sed his certè viaticum de seculo transeuntibus, si tamen poenituerint, non negari.

de constituidos en los mismos órdenes han delinquido gravemente, y que no son expelidos; siendo así que el Apóstol dice, *que á nadie se impongan de ligero las manos, ni se comuniquen con los pecados ajenos*; y ordenando las constituciones venerables de los mayores que si semejantes sujetos hubiesen entrado por subrepcion, deben ser espelidos tanto aquellos á quienes se descubriere que habian pecado antes, como separados los que se olvidaron de la sagrada profesion, y los que sin duda alguna prevaricaron de su santo propósito.

XXI.

Que á los demoniacos y á los que se encuentran arrastrados de otras pasiones, no les sea lícito tocar los sagrados misterios.

Hemos sabido que hasta aquí se han cometido cosas ilícitas, de modo que aun se ha concedido que traten los sacrosantos misterios los demoniacos, y los que se encuentran molestados de martirios semejantes. Y si á los colocados en esta obra ocurre alguna cosa de propia necesidad; qué fiel confiará de su salud, viendo que los mismos ministros de la curacion humana están acosados de calamidad tan grande? Por lo tanto, deben necesariamente ser removidos, para que no se escandalice á algunos flacos por quienes murió Cristo. Ultimamente si la ley divina no permite que toque las cosas santas el herido en el cuerpo ó el débil; ¿con cuánta más razon conviene que no sean dispensadores del don celestial los que tienen trastornado el entendimiento?

XXII.

Que los que se casan con sagradas vírgenes, y efectúan matrimonios incestuosos no pueden estar en comunión, si no hicieron penitencia pública.

VXX

Hemos conocido algunos que temerariamente se han casado con las vírgenes sagradas, y despues del voto hecho á Dios han cometido incestos y sacrilegios: es pues justo que á estos se los separe inmediatamente de la sagrada comunión, y que no la vuelvan á recibir sino despues de haber hecho pública y aprobada penitencia; pero sin embargo, si se arrepintieren, no se les negará el viático cuando estén á punto de salir de este siglo.

(4) Ex reliquis prater Alv. in quo : conscendere.

XXIII.

Quod viduae, ut supra dictum est, non velentur, sed si professam continentiam proposito mutato calcaverint: ipsae pro se rationem Domino reddant.

Nam viduis sub nulla benedictione velandis superius latè, sufficienterque praediximus. Quae si propria voluntate professam pristini conjugii castitatem mutabili mente calcaverint, periculi earum intererit, quali Deum debeant satisfactione placare, quia juxta Apostolum primam fidem irritam fecerunt. Sicut enim, si se forsitan continere non poterant, secundum Apostolum, nullatenus nubere vitabantur; sic habita secum deliberatione promissam Deo pudicitiae fidem debent custodire. Nos autem talibus nullum laqueum debemus injicere, sed solas adhortationes praemii sempiterni, poenasque proponere divini judicii, ut et nostra sit absoluta conscientia, et illarum pro se Deo rationem reddat intentio. Cavendum est quippe quod de earum moribus, actisque beatus Paulus testatur apostolus: quod plenius exponere praeterimus, ne sexus instabilis non tam deterreri quàm admoneri videatur.

XXIV.

Quod secunda conjugia secularibus non negentur, quibus tamen ad clerum minimè venire conceditur.

Secundas nuptias sicut secularibus inire conceditur, ita post eas nullus ad clericalem sinitur venire collegium. Alia est enim humanae fragilitatis generaliter concessa licentia, alia debet esse vita divinarum rerum servitio dedicata.

XXV.

Ut si quis susceperit ecclesiae propriae desertorem, et aliqua provexerit dignitate, subiaceat sententiae quam canones praefixerunt.

Quisquis propriae desertor ecclesiae nullis extantibus causis ad aliam putaverit transeundum, temereque susceptus fuerit et promotus, reverendorum canonum vel ipse, vel receptor ejus, atque provector constituta non fugiet, quae de hujusmodi praesumptoribus praefixere servanda.

XXIII.

Que las viudas, segun ya se ha dicho, no reciban el velo, y que si mudando de propósito faltaren á la continencia profesada, den cuenta á Dios de su proceder.

Ya hemos dicho cuanto debe saberse acerca de que las viudas no reciban el velo con bendicion. Y si de voluntad propia faltaren á la castidad del antiguo consorcio, mudando de parecer, se esponen á peligro, debiendo aplacar á Dios con satisfaccion; porque, segun el Apóstol, hicieron írrita la primera fe. Pues así como si no podian contenerse, no se les prohibia, segun el mismo Apóstol, volver á casarse; del mismo modo deben guardar á Dios la fe de castidad, que deliberadamente prometieron. Nosotros pues no debemos imponer ningun lazo á semejantes personas, sino proponerles las amonestaciones del premio eterno y las penas del juicio divino, para que se descarguen nuestras conciencias, y su intencion dé cuenta á Dios por sí mismas. Debe sí evitarse lo que acerca de sus costumbres y hechos atestigua el bienaventurado apóstol San Pablo; lo que no esponemos con mas estension, no sea que parezca que queremos atemorizar el sexo frágil, en vez de amonestarle.

XXIV.

Que no se prohiban á los seglares las segundas nupcias: pero que celebradas no puedan ser clérigos.

Así como se permite á los seglares volverse á casar; del mismo modo despues no se les concede ingresar en el clero; pues que es distinta la licencia concedida generalmente á la fragilidad humana, que la vida dedicada al servicio de las cosas divinas.

XXV.

Que si alguno admitiere al desertor de su propia iglesia, y le confiriere cualquier dignidad, sufra la sentencia marcada por los cánones.

Cualquiera que, desamparando su iglesia propia sin motivo alguno, creyere deber trasladarse á otra, y temerariamente fuere admitido y promovido en ella, quedará sujeto á las penas de los venerables cánones acerca de semejantes usurpadores, tanto él, como el que le recibió, y el que le confirió la dignidad.

XXVI.

De laicis vel monachis, qui per praemium ordinantur, ut dantem et accipientem Simonis magi crimen involvat.

De monachis verò, laicisque in prima copiosius praeceptionis hujus parte digestum est, quae vel quatenus pro rerum temporumque necessitate concessa sint, vel quemadmodum ubi nullius (*facti necessitas*) necessitatis interesse probabitur, non nisi vetus institutio debeat custodiri. Quos verò constiterit indignos meritis sacramentatos esse pretio dignitatem, convictos oportet arceri, non sine periculo facinus tale patrant: quia dantem pariter, accipientemque damnatio Simonis, quam sacra lectio testatur, involvit.

XXVII.

Ut nulla basilica sub defunctorum constructa nomine dedicetur.

De locorum consecratione sanctorum quamvis superius strictim fuerit comprehensum, nobis quoque patefactum est, quod absque praecepto sedis apostolicae nonnulli factas ecclesias vel oratoria sacrare praesumant. Hoc sumus tamen indicio detestabiliore permoti, quod in quocumque nomine defunctorum, et quantum dicitur, nec omnino fidelium, constructiones aedificatas sacris professionibus (*processionibus*) audacter instituere memorantur. Quae quoniam tam acerba, tam dura sunt, ut eadem vix noster ferre possit auditus; si verè christianitatis affectus in illis certus et fixus est, et districtius ista quaerantur et a quibus fuerint gesta prodantur: quoniam sicut latentibus in hac atrocitate nominibus non extat in quem sententia debita proferatur, ita quum manifestis fuerit documentis expositus quem sceleris tanti poscit immanitas, non vitabit ullatenus ultionem.

XXVIII.

De feminis, ut sacris altaribus non ministrent, vel aliquid ex his, quae virorum sunt officiis deputata, praesumant.

Nihilominus impatienter audivimus tantum divinarum rerum subiisse despectum, ut feminae sacris altaribus ministrare firmentur (*ferantur*): cunctaque, quae non nisi virorum famulatu deputata sunt, sexum, cui non competit, exhibere: nisi (*viso*) quod omnium delictorum, quae singillatim perstrinximus, noxa omnis, reatus omnis, et crimen eos respicit sacerdotes, qui vel ista committunt, vel committentes minimè publicando.

TOMO II.

XXVI.

De los clérigos y monges que se ordenan mediante precio; que se considere tanto al que dá, como al que recibe, reo de Simonia.

En la primera parte de este precepto se habló largamente acerca de los monges y legos, de las cosas que se les han concedido, y de que cuando, en atencion á las circunstancias no se probare que hay necesidad alguna, deba observarse la antigua institucion. Mas aquellos de quienes constare, que careciendo de méritos han comprado por precio la sagrada dignidad, convencidos que sean, serán despedidos, debiendo ser castigada semejante maldad: porque quedan envueltos el que dá y el que recibe, segun las sagradas letras, en el crimen de Simon Mago.

XXVII.

Que no se dedique basilica alguna en nombre de los difuntos.

Aunque ya se ha hablado arriba acerca de la consagracion de lugares santos; sin embargo, se nos ha hecho presente, que algunos, sin mandato de la sede apostolica, se apropian la consagracion de las iglesias ú oratorios, y que no se contentan con esto, sino que obran mas detestablemente, porque se refiere que instituyen con audacia iglesias para las sagradas profesiones, y las dedican en nombre de algun difunto, y á veces en el de alguno que ni aun es fiel; cuyas cosas son tan crueles y duras, que se resiste nuestro oido á su relacion. Pues si verdaderamente existe en ellos el afecto de la cristiandad cierto y fijo, examínense con mas escrupulosidad estas cosas, y manifiéstese por quienes se han egecutado; pues así como no hay á quien aplicar sentencias por estas atrocidades, cuando no se saben los nombres; del mismo modo, cuando se probare por documentos manifiestos quién es el que ha cometido un crimen tan grande, no escapará bajo ningun concepto del castigo.

XXVIII.

Que las mugeres no ministren en los sagrados altares, ni usurpen ninguno de los officios propios de varones.

Hemos sabido con impaciencia que es tal el desprecio en que han caido las cosas divinas, que hasta se afirma que las mugeres ministran en los sagrados altares, y que practican todas las cosas que fueron encargadas á los varones, y que no corresponden á su sexo. Hemos probado que el castigo de todos estos delitos, que hemos tocado uno por uno, debe imponerse á aquellos sacerdotes que ó hacen semejantes cosas, ó dan á en-

pravis excessibus favere significant: si tamen sacerdotum jam sint vocabulo nuncupandi, qui delegatum sibi religionis officium sic prosternere moliantur, ut in perversa quaeque, profanaque declives sine ullo respectu regulae christianae praecipitia funesta sectentur. Quumque scriptum sit: *Minima qui spernit paulatim decedit*, ¿quid est de talibus aestimandum, qui immensis ac multiplicibus pravitatibus molibus occupati ingentem ruinam multimodis impulsionibus ediderunt, quae non solum ipsos videatur obruere, sed et ecclesiis universis mortiferam, si non sanentur, inferre perniciem? Nec ambigant qui haec ausi sunt exercere sed etiam si hactenus cognita siluerunt, sub honoris proprii jacere dispendio, si non quanta possunt celeritate festinent ut lethalia vulnera competenti medicina sanentur. ¿Quo enim more teneant jura pontificum qui pontificalibus excubiis eatenus injuncta dissimulant, ut contraria domui Dei, cui praesident, potius operentur? Qui quantum apud Deum possent, si non nisi convenientia procurarent, tantum quid mereantur aspiciant, quum execrabili studio sectentur adversa. Et quasi magis haec regula sit, qua ecclesiae debeant gubernari, si quidquid est ecclesiasticis inimicis regulis perpetratur, quum etsi cognitos habuit canones unusquisque pontificum intemerata debuerit tenere custodia. Et si forsitan nesciebat, consulere fidenter oportuerit (a), quo magis excusatio nulla succurrat ignorantibus, quia nesciens (b) proposuit servare quod noverat, nec ignorans curavit nosse quod gereret.

XXIX.

De rebus (5) ecclesiae vel oblatione fidelium, ut quatuor portiones fieri debeant.

Quatuor autem tam de rebus, quam de oblatione fidelium, prout cujuslibet ecclesiae facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, convenit fieri portiones: quarum sit una pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda. De quibus sicut sacerdotis intererit integram ministris ecclesiae memoratam dependere quantitatem, sic clericus (clerus) ultra delegatam sibi summam nihil insolenter noverit expetendum. Ea verò, quae ecclesiasticis aedificiis attributa sunt huic operi veraciter praerogata, locorum doceat instauratio manifesta sanctorum: quia nefas est si sacris aedibus destitutis in lucrum suum praesul impendia his designata convertat. Ip-

(a) En algunos códices se añade la palabra *scientem*, en otros *ignorantem*.  
 (b) Parece debe leerse *nec sciens*, como escribe el códice

tender que favorecen á quienes se permiten estos excesos, no publicándolos; si es que pueden llamarse sacerdotes aquellos que tratan de postergar de tal manera el oficio de la religion delegado á ellos, que se colocan en funestos precipicios sin respeto alguno á las reglas cristianas, entregándose á actos perversos y profanos. Y estando escrito: *El que desprecia las cosas pequeñas cae poco á poco*, ¿qué debe juzgarse de aquellos que cargados de inmensas é innumerables maldades causaron con variados estímulos una gran ruina, que no solo parece confundirlos, sino tambien herir mortalmente á todas las iglesias, si es que no se corrigen? Ni tengan duda los que se han atrevido á hacer esto, y lo mismo los que sabiéndolo lo han callado, que perderán su propio honor, si no se dan toda la priesa posible á sanar las heridas mortales con la adecuada medicina? ¿Y cómo guardarán los derechos de los pontífices los que artificiosamente evitan cumplir lo que va unido á los cuidados pontificales, si practican mas bien cosas contrarias á la casa del Señor á que presiden? Estos podrian reflexionar cuánto valimiento tendrian con Dios, si solo procuraran las cosas convenientes, en vez de lo que ahora merecen, egecutando execrablemente las cosas contrarias. Y como si esto fuera mas bien la pauta por la que deben gobernarse las iglesias, hacen cuanto se cree contrario á las reglas eclesiásticas, siendo asi que conociendo cada pontífice los cánones deberia observarlos sin contradiccion alguna; y si acaso los ignoraba era conveniente que consultara con confianza; porque ninguna excusa favorece á los ignorantes, puesto que sin conocimiento propuso observar lo que sabia, y no ignorándolo procuró conocer lo que debia egecutar.

XXIX.

Que de las rentas de la iglesia ó de las ofrendas de los fieles se hagan cuatro partes.

Conviene que se hagan cuatro porciones tanto de las rentas eclesiásticas, quanto de las ofrendas de los fieles, segun las facultades de cada iglesia, y conforme ya antes se decretó razonablemente: de estas partes una será para el pontífice, otra para los clérigos, la tercera para los pobres y la cuarta para la fábrica. De las cuales, asi como dispondrá el sacerdote que los ministros de la iglesia saquen íntegra su parte, del mismo modo ningun clérigo debe pedir con insolencia mas de lo asignado. Respecto á la parte destinada para las obras de la iglesia, mandamos que se aplique efectivamente á ellas, debiendo estar patente por la manifesta restauracion de los lugares sagrados;

de Justelo, y el de los cánones de la iglesia antigua.  
 (5) In reliquis praeter Alv. haereditatibus.

sam nihilominus adscriptam pauperibus portionem, quamvis divinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur, tamen juxta quod scriptum est: *Ut videant opera nostra bona, et glorificent patrem (vestrum) qui est in coelis*, oportet etiam praesenti testificatione praedicari, et bonae famae praeconiis non taceri.

XXX.

Ut episcopus, presbyter et diaconus, qui contra haec constituta fecerit sui honoris periculum sit subiturus.

Quapropter nec clericorum quispiam se hujus offensae futurum confidat immunem, si in his, quae salubriter sequenda deprompsimus, sive episcopum, seu presbyterum, sive diaconum viderit excedentem, non protinus ad aures nostras deferre curaverit, probationibus dumtaxat competenter exhibitis, ut transgressoris ultio fiat; et ceteris interdictio delinquendi. Sic (sui) verò modis omnibus erit unusquisque pontificum ordinis et honoris elisor, si cuiquam clericorum vel ecclesiae totius auditui haec putaverit suppressenda. Datum V idus martias Asterio et Praesidio (6) viris clarissimis consulibus (c).

(6) Ex reliquis praeter Alv. in quo Presieno. Et alia manu: Deus vos custodiat incolumes, fratres

porque es una maldad que el prelado se lucre con esta parte, abandonando la restauracion de los edificios sagrados. La inversion de la parte de los pobres debe tambien constar, porque está escrito: *Para que vean vuestras buenas obras, y glorifiquen al Padre, que está en los cielos*, conviniendo que se haga pública por el testimonio presente; y que no se oculte por los encomios de la buena fama.

XXX.

Que el obispo, presbítero, y diácono que obrare en contra de estos estatutos pierda su honor.

Por lo cual ningun clérigo debe creer que está libre de esta ofensa, si en lo que hemos ordenado que se ejecute saludablemente, viere que se excede el obispo, el presbítero ó el diácono, y no cuidare de darnos parte inmediatamente, manifestándonos sin embargo las pruebas competentes, para que se castigue al transgresor, y se ponga un dique á los delitos. Y han de tener entendido todos los pontífices que perderán su orden y honor, si creyeren que no deben permitir que estas cosas lleguen á los oidos de cada uno de los clérigos, ó de toda la iglesia. Escrita el dia 11 de Marzo, en el consulado de los clarisimos varones Asterio y Presidio.

LXXXIII.

EPISTOLA EJUSDEM PPAE GELASII AD SICILIENSES EPISCOPOS.

GELASIUS ROMANAE ECCLESIAE EPISCOPUS DILECTISSIMIS ET IN CHRISTI CARITATE UNA MECUM CONNEXIS FRATRIBUS EPISCOPI QUI IN SICILIA SUNT CONSTITUTI.

I.

De bene gerendis rebus ecclesiae ab episcopis.

Praesulum nostrorum auctoritas emanavit, ut facultates ecclesiae episcopi ad regendum habeant

EPISTOLA DEL MISMO PAPA GELASIO A LOS OBISPOS DE SICILIA.

GELASIO, OBISPO DE LA IGLESIA ROMANA, A LOS MUY AMADOS Y UNIDOS CONMIGO EN LA CARIDAD DE CRISTO LOS HERMANOS OBISPOS QUE HABITAN EN SICILIA

I.

Que los obispos administren bien las cosas de la iglesia.

La autoridad de nuestros prelados dió motivo á que los obispos tuvieran potestad de adminis-

potestatem, ita tamen ut viduarum pupillarumque atque pauperum, necnon et clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc eis (*etiam*) statuimus dari, quod hactenus decretum est: reliquum sibi episcopi vindicent, ut, sicut antea diximus, peregrinorum atque captivorum largitores esse possint.

II.

De tricennali praescriptione.

Illud etiam adnecti placuit, ut si, quod absit, facultates ecclesiae, necnon et dioeceses, quae ab aliquibus possidentur episcopis, jure sibi vindicent, quod tricennalis lex conclusit, quia et filiorum nostrorum principum ita emanavit auctoritas, ut ultra triginta annos nulli liceat pro eo appellare quod legum tempus excludit. Datum iduum majarum, Asterio et Praesidio viris clarissimis consulis.

trar los bienes de la iglesia; debiendo distribuir lo correspondiente á las viudas, pupilos, pobres y tambien los estipendios de los clérigos. Establecemos igualmente que se les dé lo que ya estaba decretado, y que los obispos se apropien lo demás, para que, segun ya antes dijimos, puedan ser liberales con los peregrinos y cautivos.

II.

De la prescripcion de 30 años:

Tambien ha parecido bien añadir, que si, lo que Dios no permita, se apropian las facultades de la iglesia y las diócesis que son poseidas por algunos obispos, despues de la prescripcion tricenal, no las devuelvan, porque la autoridad de los príncipes nuestros hijos ha dispuesto que pasados treinta años nadie pueda pedir ya lo que el tiempo legal ha escludido. Escrita el primero de Mayo en el consulado de los clarísimos varones Asterio y Presidio.

LXXXIV.

El pontífice Anastasio envió esta carta á Constantinopla por medio de los obispos Germano y Cresconio, legados de la sede apostólica, al emperador Anastasio, herege, con objeto de hacerle volver al buen camino. Nada adelantó el pontífice, pues el emperador habiendo detenido astutamente en la ciudad imperial á los legados, trabajó sin descanso, empleando el fraude y el dolo, para que el mismo pontífice romano suscribiera al Herótico de Zenon, valiéndose para esto del Senador Festo.

EPISTOLA PPAE ANASTASII URBIS ROMAE AD IMPERATOREM ANASTASIUM

EPISTOLA DEL PAPA DE ROMA ANASTASIO AL EMPERADOR ANASTASIO.

PRO PACE ECCLESIARUM MISSA.

EN FAVOR DE LA PAZ DE LAS IGLESIAS.

GLORIOSISSIMO ET CLEMENTISSIMO FILIO ANASTASIO AUGUSTO ANASTASIUS EPISCOPUS.

EL OBISPO ANASTASIO AL GLORIOSÍSIMO Y CLEMENTÍSIMO HIJO NUESTRO, EMPERADOR ANASTASIO.

Exordium pontificatus mei, primitus oblata populis pace, pronuntio: consequenter pro fide catholica humilis pietati tuae precator occurro, in quo primùm mihi divinum favorem propinquasse confido, quod (*nunc*) consonantia in me augustissimi nominis tui non dubium praestat auxilium, ut sicut praeclsum vocabulum pietatis tuae per universas gentes orbe toto prae-fulget, ita per ministerium meae humilitatis sicut semper est, sedes beatissimi Petri in universali ecclesia assignatum sibi a Domino Deo teneat principatum. Nec propter unum mortuum diutiùs tunica illa Salvatoris (*salutaris*), desuper contexta

Empiezo mi pontificado despues de haber ofrecido la paz al pueblo, y por consecuencia me presento con humildad á suplicar á tu piedad en favor de la fé católica, y ante todo debo manifestar que confio en que me será propicio el favor imperial, porque el llevar yo el mismo nombre que tu augustísima persona presta un auxilio nada dudoso; de modo que así como el esclarecido nombre de tu piedad resplandece en todo el orbe entre todas las gentes, del mismo modo por el ministerio de mi humildad, como siempre es, la sede del beatísimo apóstol Pedro, segun de justicia la corresponde, sostenga en la iglesia universal el

per totum, malae sortis patiatu incertum, quae sola in discissionem pro firmitate sui venire non potuit, serenitate tua praecipue rempublicam gubernante: cui etiam in privata vita tantum sincerae religionis studium fuit, ut (sicut fama certissima celebravit) nemo magis vel inter praecipuos sacerdotes praefixas a sanctis patribus regulas ecclesiae custodisse dicatur: quod (1) sanctum studium cum majestate imperii crevisse confidimus.

Quod pro Christo fungatur legatione dum pro pace praecatur ecclesiae.

Legatione itaque fungimur pro Christo, ne (nec) eos propter offensionem vel scandalum patiamini publice nominari, quorum merita vel actus illi judicio latere non possunt, in cujus jam sunt judicio constituti. Nec illic se potest interserere in corpore mortali adhuc temeraria praesumptio, in quo non solum confessio facit aperta merita singulorum, sed etiam silentii ipsius non potest latere secretum. Namque et praedecessor noster papa Felix, et etiam Acacius illic procul dubio sunt, ubi unusquisque sub tanto iudice non potest perdere sui meriti qualitatem.

II.

Quod non sit temere iudicandum de his qui jam ad Dominum migraverunt.

Itaque monente nos beatissimo Paulo apostolo, ne quod sit in hoc offendiculum in ecclesia, dum, quod facere non possumus, de his, qui jam transierunt, iudicare conemur, observandum esse tranquillitas tua cogoscat. Ait enim de his, qui de rebus ad Dominum solum pertinentibus iudicare praesumunt: *Nemo enim nostrum sibi vivit, et nemo sibi moritur; sive enim vivimus, Domino vivimus; sive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus resurrexit a mortuis, ut et vivorum et mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Dei (Christi). Scriptum est enim: Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, et omnis lingua confitebitur Deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius*

principado concedido á ella por el Señor Dios nuestro. Ni aquella túnica del Salvador; entretegida de arriba abajo, supra por mas tiempo la incertidumbre de la mala suerte por un muerto: cuya túnica fué la sola que á causa de su firmeza no pudo ser rasgada, y en especial gobernando tu serenidad la república: quien, aun cuando era un particular, cuidó tanto de la sincera religion, que segun ha celebrado la fama ciertissima, no se dice que ninguno, ni aun de entre los principales sacerdotes haya guardado mejor las reglas de la iglesia fijadas por los santos Padres: cuyo santo deseo confiamos que habrá crecido con la magestad del imperio.

Que se desempeña la mision confiada por Cristo cuando se ruega por la paz de la iglesia.

Asi pues somos legados de Cristo, pero no debiendo vos permitir que por ofensa ó escándalo se reciten en público los nombres de aquellos, cuyos méritos ó actos no pueden estar ocultos á aquel Juez, ante cuyo tribunal ya han comparecido. Ni puede mezclarse ya en un cuerpo mortal la presuncion temeraria, en el cual, no solo la confesion descubre los méritos de cada uno, sino que ni aun puede ocultarse el secreto del mismo silencio. Pues tanto el antecesor nuestro, papa Felix, como Acacio, se hallan sin duda delante de aquel juez tan recto, ante quien nadie puede perder la cualidad de su merecimiento.

II.

Que no se debe juzgar temerariamente de aquellos que ya han dado cuenta al Señor.

Asi pues, segun amonestacion del beatísimo apóstol Pablo, y con objeto de que no se cometa ofensa alguna en la iglesia, tu tranquilidad debe conocer que no conviene pronunciar nuestro fallo acerca de aquellos que ya partieron de este siglo. Dice pues hablando de los que tratan de juzgar de las cosas pertenecientes al Señor solo: *Porque ninguno de nosotros para sí vive, y ninguno para sí muere; porque si vivimos, para el Señor vivimos; y si morimos, para el Señor morimos; y así, que vivamos, que muramos, del Señor somos; porque por esto murió el Señor y resucitó, para ser Señor de muertos y de vivos. ¿Y tú, por qué juzgas á tu hermano? ¿ó tú, por qué menosprecias á tu hermano? Pues todos compareceremos ante el tribunal de Cristo: porque escrito está: Vivo yo, dice el Señor, porque ante mí se doblará toda rodilla, y toda lengua dará loor á Dios. Y asi cada*

(1) Ex omnibus praeter Alv. in quo legitur: quoniam studium. TOMO II.

invicem judicemus, sed hoc judicate magis ne ponatis offendiculum (*fratri vel scandalum*). Monet igitur beatus Apostolus, ne de his nobis praesumamus iudicium, de quibus nemo potest veriùs vel meliùs iudicare, quàm Deus, nec in hoc sibi quispiam (*quidpiam temerarius*) temerarios ausus usurpet, et propter hoc pax, atque unitas ecclesiae dissipetur. Nam et in regnorum libro dicitur. *Non quomodo videt Deus, homo videt; quia homo videt in facie, Deus autem videt in corde.* Item in Paralipomenon libro primo: *Et nunc, o Salomon, scito Deum patrum tuorum, et servi illi in corde perfecto, et in anima volente, quoniam omnia corda scrutatur Dominus, et omnem cogitationem novit.* Item in Ezechiel: *Haec dicit Dominus (Dominus Deus): sic dixistis, domus Israel, et cogitationes spiritus (cordis) vestri novi ego.* Unde et de Domino iudice dicitur in evangelio; *Sciens autem Jesus cogitationes eorum, dixit: Quid cogitatis mala in cordibus vestris?*

III.

Ut specialiter in ecclesia nomen taceatur Acacii.

Precamur itaque clementiam vestram ut specialiter nomen taceatur Acacii; multum (*ut quod multis ex causis*) enim scandalum vel offendiculum ecclesiae concitavit. Speciali appellatione taceatur, quum, sicut diximus, in generalitate sacerdotum uniuscujusque meritum illum iudicem latere non possit quid (*qui novit quid*) cuique tribuendum sit pro aestimata dispensatione meritorum, cui soli cogitationes quoque manifestae sunt. Quantos verò excessus, atque praesumptiones habuerit Acacius, ne clementiae tuae per singula suggerere fortasse videatur onerosum, Cresconio vel etiam Germano fratribus et coepiscopis meis, quos missimus ad serenitatem tuam, de causis singulis Acacii, qualis fuerit, instructionem plenissimam dedimus, clementiae vestrae specialiter recensendam, si hoc pietati tuae placuerit curiosius indagare; ne in aliquo suggestioni nostrae veritas defuisse videatur, ut pro divina sapientia vestra perspicuè videre possitis non superbia vel elatione sedis apostolicae in Acacium talem procesisse sententiam, sed facinoribus certis, quantum nos extra illud iudicium quod solum falli non potest aestimemus, zelo magis divinitatis, extortam.

uno de nosotros dará cuenta á Dios de sí mismo, Pues no nos juzguemos ya mas los unos á los otros; antes bien cuidad de no poner tropiezo ó escándalo al hermano. Amonesta pues el bienaventurado Apóstol que no usurpemos el juicio de quien nadie puede sentenciar con mas verdad y mejor que Dios: ni en esto ninguno falle temerariamente, porque con tal proceder la paz y la unidad de la iglesia desaparecen. Tambien se dice en el libro de los Reinos: *No ve el hombre como Dios, porque el hombre ve lo que aparece, mas el Señor ve el corazon;* y el libro I de los Paralipómenos: *Y tú, Salomon, hijo mio, conoce al Dios de tu Padre, y sírvele con corazon perfecto y con ánimo voluntario, porque el Señor escudriña todos los corazones, y penetra todos los pensamientos del espíritu;* y en Ezequiel: *Esto dice el Señor: asi habeis hablado, casa de Israel; y yo conozco los pensamientos de vuestros corazones.* Por lo que se dice en el evangelio hablando del Señor Juez: *Y como viese Jesus los pensamientos de todos, dijo: ¿por qué pensais mal en vuestros corazones?*

III.

Que no se haga en la iglesia conmemoracion especial de Acacio.

Pedimos pues á vuestra clemencia, que no se haga mencion especial del nombre de Acacio, porque causó á la iglesia muchos escándalos ú ofensas. Hemos dicho que se calle especialmente, pues que en la mencion general de los sacerdotes no puede quedar oculto al que ve el mérito de cada uno, lo que debe darse á cada cual atendiendo á sus obras, á cuyo único juez son manifiestos hasta los pensamientos. Y respecto á los excesos y usurpaciones de Acacio, y con objeto de no cansar á tu clemencia refiriendo cada uno en particular, hemos dado instrucciones plenísimas á nuestros hermanos y coepiscopos, Cresconio y Germano, diputados á tu serenidad, acerca de cada una de las causas de Acacio, y cuál haya sido; para que especialmente lo pongan en conocimiento de vuestra clemencia, si es que quisiere saberlo con mas escrupulosidad; y para que en nada parezca se ha faltado á la verdad en nuestro acuerdo, á fin de que podais ver con claridad segun vuestra divina sabiduría, que no se ha fulminado tal sentencia contra Acacio por soberbia ó jactancia de la sede apostólica, sino que ha sido motivada por el celo de la divinidad á causa de los delitos ciertos, segun nuestro modo de ver, pero respetando el fallo del único que no puede engañarse.

IV.

Quòd magnopere contentio sit cavenda.

Nos verò humiliter supplicantes controversiam in ecclesia remanere nolumus, quum magis vitanda contentio sit, sicut dicitur in Proverbiis: *Odium suscitatur contentio. Omnes autem, qui non contendunt, protegit amicitia.* Nam et Apostolus ad Corinthios: *Quum enim sit inter vos aemulationes et contentiones, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis?* Item ad Philippenses: *Si qua ergo consolatio in Christo, si qua alloquutio caritatis, si qua viscera, et miserationes, implete gaudium meum, ut id ipsum dicatis omnes eandem caritatem habentes, nihil per contentionem neque per inanem gloriam, sed in humilitate mentis invicem aestimantes sibimetipsis superiores, non (non sua singuli) in sua singulis respicientes, sed aliorum.*

Ut Alexandrinos imperator admonet ad fidem sinceram et pacem redire catholicam.

Hoc tamen praecipue insinuo serenitati tuae, gloriosissime et clementissime fili Auguste, ut quum causae Alexandrinorum patuerint piissimis auribus vestris, ad sinceram et catholicam fidem eos auctoritate, sapientia, divinisque vestris monitis redire, faciatis. Nam quid tenendum sit in religione catholica secundum definita patrum et praedicationem omnium sacerdotum, qui in ecclesia floruerant, si hoc quoque praeceperitis, scientibus in memoriam transmittendo renovabimus, ignorantibus ad discendum pro officio nostrae instructionis offeremus, ut nulla extra haec ingeniorum jactantia vel pravitas (*pravitatis*) audiatur.

VI.

Admonetur imperator ut constitutis apostolicae sedis obtemperet.

Illud verò peculiariùs pro amore imperii vestri et beatitudine, quae (*vestrum*) consequi poterit regnum, pro apostolico officio praedicamus, ut, sicut decet et sanctus Spiritus dicit (2), monitis nostris obedientia praebeatur, ut bona omnia vestram rempublicam consequantur, sicut in Exodo

IV.

Que debe evitarse con gran cuidado la disputa.

Nosotros pues al suplicaros con humildad, no queremos que haya disputa en la iglesia, pues que debe evitarse con todo cuidado la contienda, conforme se dice en los Proverbios: *El odio levanta rencillas, y la caridad cubre todas las faltas;* pues el Apóstol dijo tambien á los Corintios: *Habiendo entre vosotros envidia y contienda, ¿no es así que sois carnales, y andais según el hombre?* Y en la carta á los Filipenses. *Por tanto, si hay alguna consolacion en Cristo, si algun refrigerio de caridad, si alguna comunicacion de Espiritu, si algunas entrañas de compasión, haced cumplido mi gozo, sintiendo una misma cosa, teniendo una misma caridad, un mismo ánimo, unos mismos pensamientos: nada hagais por porfia, ni por vanagloria, sino con humildad, teniendo cada uno por superiores á los otros, no atendiendo uno á las cosas que son suyas propias, sino á las de los otros.*

Que el emperador amoneste á los de Alejandría á que vuelvan á la sincera fé y á la paz católica.

Hago saber especialmente á tu serenidad, gloriosísimo y clementísimo hijo emperador, que cuando llegaren á vuestros piadosísimos oídos las causas de los de Alejandría, hagais que vuelvan á la recta y católica fe por mediacion de la autoridad y sabiduría, y por vuestras divinas amonestaciones. Pues que renovaremos, para que se grave en la memoria, lo que debe observarse en la religion católica, siguiendo las definiciones de los Padres y la predicacion de todos los sacerdotes que florecieron en la iglesia, si es que así lo llegareis á mandar, y las ofreceremos á los ignorantes para que las aprendan, en cumplimiento de la instruccion que les debemos dar, á fin de que no se oiga ninguna jactancia ni pravedad de los ingenios, saliéndose de estas cosas.

VI.

Se amonesta al emperador á que observe los estatutos de la sede apostólica.

Aun con mas especialidad os exhortamos por amor de vuestro imperio y por la felicidad que podrá conseguir el reino, y en virtud tambien de nuestro apostólico officio, á que obedezcais nuestras amonestaciones, según conviene, y según dice el Espíritu Santo, para que vuestra

(2) Ex Bibl. Reg. In reliquis dicat: forte dictat, ut in excussis.

promittitur: *Si audieris vocem Domini Dei tui, et quae placent ei feceris coram ipso, et obedieris praeceptis ejus, et custodieris omnem justitiam ejus, omnem infirmitatem, quam importavi Aegyptiis, non importabo in te. Ego enim sum Dominus, qui salvum facio te.* Et illic iterum tuba potentissima eanitur: *Et nunc, Israel; quid Dominus tuus postulat a te aliud, quàm ut timeas Dominum Deum tuum, et ambules omnes vias ejus, et diligas eum, et servias Domino Deo tuo ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, custodire praecepta Domini Dei tui, et justitias ejus, quas ego mando tibi?* Haec me suggerentem frequentius non spernat pietas tua, ante oculos tuos habens Domini in evangelio verba: *Qui audit vos, me audit, et qui vos spernit, me spernit, et qui me spernit, spernit eum, qui me misit.* Nam et Apostolus concinens (3) Salvatore nostro, ita loquitur: *Quapropter qui haec spernit non hominem sed Deum spernit, qui dedit Spiritum suum sanctum in nobis.* Pectus clementiae vestrae sacrarium est publicae felicitatis, ut per instantiam (praestantiam) vestram, quam (4) velut vicarium (Deus) praesidere jussit in terris, evangelicis apostolicisque praeceptis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam quae sunt salutifera compleantur.

Que el emperador amonestó á los de Alejandria á que vuelvan á la santidad y á la paz católica.

Hago saber especialmente á tu serenidad, el más alto y clementísimo hijo emperador, que cuando llegasen á vuestros palacios los obispos de Alejandria, hagais que vuelvan á la santidad y á la paz católica.

VII.

Quod eos, quos post damnationem suam vel baptizavit vel ordinavit Acacius, nullâ portio laesionis attingat.

Nam secundum ecclesiae catholicae consuetudinem sacratissimum serenitatis tuae pectus agnoscant, quod nullum de his vel quos baptizavit Acacius, vel quos sacerdotes sive levitas secundum canones ordinavit, ulla eos nomine Acacii portio laesionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur. Nam et baptisma, quod procul sit (fit) ab ecclesia, sive ab adultero vel a fure fuerit datum, ad percipientem munus pervenit illibatum: quia vox illa quae sonuit per columbam, omnem maculam humanae pollutionis excludit, qua declaratur ac dicitur: *Hic est qui baptizat in Spiritu sancto et igne.* Nam si visibilis solis istius radii, quum per loca foetidissima transeunt, nullâ contactus iniquatione maculantur, multò magis illius, qui istum visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate (constringitur) contingitur. Nam et Judas quum fuerit sacrilegus, atque fur, quidquid egit inter apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum (impium) data nulla ex hoc detri-

república se vea colmada de todos los bienes, conforme se promete en el Exodo: *Si oyeres la voz del Señor, tu Dios, é hicieres lo que es recto delante de él, y obedecieres sus mandamientos, y guardares todos sus preceptos, ninguna de las plagas que puse en Egipto, enviaré sobre tí; porque yo soy el Señor tu salvador.* Y por segunda vez se cantó por la potentísima trompeta: *Y ahora, Israel, ¿qué te pide el Señor Dios tuyo, sino que temas al Señor Dios tuyo, y andes en sus caminos, le ames, y que sirvas al Señor Dios tuyo con todo tu corazón y con toda tu alma, y guardes los mandamientos del Señor y sus ceremonias que yo te prescribo hoy para que te vaya bien?* Tu piedad pues no desprecie esta mi reiterada amonestacion, teniendo á la vista las palabras del Señor en el Evangelio: *El que os oye, me oye, y el que os desprecia, me desprecia, y el que me desprecia, desprecia á aquel que me envió.* Pues el Apóstol de acuerdo con nuestro Salvador se explica así: *Por lo cual el que desprecia estas cosas, no desprecia al hombre, sino á Dios, que puso su Espíritu Santo en nosotros.* El pecho de vuestra clemencia es el albergue de la felicidad pública; de modo que por medio de vuestra escelencia, á la cual mandó que presidiera como vicario suyo en las tierras, no debe la obstinada soberbia oponerse á los preceptos evangélicos y apostólicos, sino que han de cumplirse las cosas saludables en virtud de la obediencia.

Que no reciban perjuicio alguno los que Acacio bautizó ú ordenó despues de su condenacion.

VII.

En observancia de la disciplina de la iglesia católica la sacratísima piedad de tu serenidad debe conocer, que á ninguno de aquellos que bautizó Acacio ú ordenó de sacerdotes ó levitas segun los cánones, les debe tocar porcion alguna de daño por consideracion al nombre de Acacio, porque la gracia del sacramento dada entonces, acaso pareceria de menos valor por causa de un iniquo. Pues el bautismo, confiérase por un adultero, ó por un ladron, lo que no debe practicarse en la iglesia, llega íntegro al que recibe el don; porque aquella voz, que salió de la boca de la paloma, excluye toda mancha de profanacion humana, por la cual se declara y se dice: *Este es el que bautiza en el Espíritu Santo y en fuego.* Y si los rayos de este sol visible cuando pasa por sitios muy fétidos no se contaminan con su contacto, con mucho mas motivo, la virtud de aquel que hizo á este visible no se disminuye por la indignidad del ministro. Pues hasta Judas, no obstante haber sido sacrilego y ladron,

(3) Ger. accinens.

(4) Ex Ger. In reliquis quem.

menta senserunt, declarante hoc ipsum Domino manifestissima voce: *Scribae, inquit, et pharisaei super cathedram Moisis sedent: quae dicunt, facite; quae autem faciunt, nolite facere; dicunt enim, et non faciunt.* Quidquid ergo ad hominum profectum quilibet in ecclesia minister pro officio suo videtur operari, hoc totum contineri implente divinitatis (*implendo divinitatis effectum*) effectum, ita ille, per quem Christus loquitur, Paulus affirmat: *Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* A Deo autem non quaeritur quis vel qualis praedicet, ut invidios etiam bene Christum praedicare confirmet: quo malo diabolus ipse deceptus (*dejectus*) est, et hoc ipso (*praedicare*) praecipitare non desinit.

VIII.

Quòd mali bona ministrando sibi tantummodo noceant, nec ecclesiae sacramenta commaculent.

Ideo ergo et hic (*ipse Acacius*) cujus nomen dicimus esse reticendum, male bona ministrando, sibi tantum nocuit: nam inviolabile sacramentum, quod per illum datum est aliis, perfectionem suae virtutis obtinuit (*ei autem obfuit. Quod cum ita sit*) Quod si est aliquarum in tantum se extendens curiosa suspicio, ut imaginentur prolato a papa Felice: iudicio postea ineffaciter in sacramentis, quae Acacius usurpavit, egisse, ac perinde eos metuere, qui vel in consecrationibus, vel in baptisate mysteria tradita susceperunt, ne irrita beneficia divina videantur; meminerint in hac quoque parte similiter tractatum praevalere superiorem, quia non sine usurpato nomine sacerdotii adjudicatus hoc egit; in quo virtutem suam obtinentibus mysteriis, in hoc quoque aliis rea sibi persona non nocuit. Nam ad illud pertinuit quod tuba davidica canitur: *Verumtamen Deus conquassavit capita inimicorum suorum, verticem capili perambulantium in delictis suis.* Nam superbia semper sibi, non aliis facit ruinam. Quod universa scripturarum coelestium testatur auctoritas, sicut etiam per Spiritum sanctum dicitur in propheta: *Non habitavit in medio domus meae qui facit superbiam.* Unde quum sibi sacerdotis nomen vindicaverit condemnatus, in ipsius verticem superbiae tumor inflictus est, quia non populus qui in mysteriis (5) domum ipsius sistebat exclusus est, sed anima sola illa, quae peccaverat, justo iudicio proprie (*proprie culpa*) erat obnoxia, quod ubique numerosa scripturarum testatur instructio. Unde remotis hominum studiis sive versutiis in hac adhuc praesenti fragilitate positorum, secundum preces nostras an-

cuantos beneficios otorgó entre los apóstoles, en atención á la dignidad que tenia, no recibieron por esta causa ningun detrimento, no obstante haber sido conferidos por una persona indigna, como terminantemente declara el mismo Señor, diciendo: *Los Escribas y Fariseos se sientan sobre la cátedra de Moises; haced lo que dicen, mas no lo que hacen: porque dicen y no hacen.* Cualquiera cosa que para provecho de los hombres parece que ejecuta algun ministro en la iglesia, se opera en virtud de su officio, y todo esto se halla contenido en él, llenando el efecto de la divinidad, como lo afirma Cristo, hablando por boca de Paulo: *Yo planté, Apolo regó, pero Dios dió el incremento; asi pues ni el que planta es nada, ni el que riega, sino Dios que da el incremento.* Dios pues no pregunta quién es el que predica.

VIII.

Que los malos administrando las cosas buenas solo se perjudican á sí mismos sin manchar por esto los sacramentos de la iglesia.

Por lo tanto pues este, cuyo nombre decimos que se calle, administrando mal las cosas buenas, solo se perjudicó á sí; porque el inviolable sacramento que por su medio se dió á otros, obtuvo la perfeccion de su virtud. Y siendo esto cierto no deja sin embargo de haber algunos tan estremadamente sospechosos que se imaginan que el fallo pronunciado por el papa Felix hizo despues ineficaces los sacramentos que Acacio administró; y por lo tanto que temen aquellos que en las consagraciones ó en el bautismo recibieron los misterios, que se declaren irritos los beneficios divinos; pero deben tener presente que tambien en esto por idénticas circunstancias prevalece la superior determinacion, porque él ejecutó estas cosas sin servirse del nombre del sacerdocio, en lo cual obteniendo los ministerios su valor, en lo que se perjudicó á sí mismo, no causó daño á los otros. Pues á él perteneció lo que se cantó por la trompeta de David: *Ciertamente Dios destruyó las cabezas de sus enemigos, la coronilla del cabello de los que andan en sus delitos.* Porque la soberbia siempre se arruina á sí misma, mas no á los otros: como atestigua toda la autoridad de las Escrituras celestiales, y segun tambien dice el Profeta, hablando por el Espíritu Santo: *No habitará en medio de mi casa el soberbio.* Por lo cual habiendo usurpado el nombre de sacerdote el condenado, la hinchazon de la soberbia refluyó en la coronilla del mismo; porque no fué el pueblo, que deseaba con ardor la casa del mismo en los misterios, el excluido; sino sola aquella alma que

(5) Æm. Bibl. Reg. Esc. 3, ministeriis.  
TOMO II.

nisu et auctoritate imperiali offerte Deo nostro unam catholicam ecclesiam et apostolicam; quia hoc solum est, in quo non solum in terris, sed etiam in coelo triumphare (6) sine fine possitis. *Subscriptio.* Omnipotens Deus regnum et salutem tuam perpetua protectione custodiat, gloriosissime et clementissime semper Auguste.

(6) Ex reliquis praeter Alv. in quo: triumphare possitis.

habia pecado, era la que se hallaba propiamente sujeta al justo juicio, como repetidas veces atestiguan los testos de las Escrituras. Por lo cual, alejados los deseos de los hombres ó bien las astucias de aquellos que aun están en la actualidad colocados en la fragilidad presente, y condescendiendo con nuestras preces, ofreced con el apoyo y autoridad imperial á nuestro Dios una sola iglesia católica y apostólica: porque esta es la única cosa en la que podeis triunfar sin fin, no solo en las tierras, sino tambien en el cielo. *Firma.* El Omnipotente Dios guarde tu reino y salud con proteccion perpétua, gloriosísimo y clementísimo emperador.

# LXXXV.

## EPISTOLA PPAE SYMMACHI AD CAESARIUM EPISCOPUM (Arelatensem).

DILECTISSIMO FRATRI CAESARIO SYMACHUS.

Hortatur nos aequitas postulationis desiderio fraternitatis tuae gratanter annuere de singulis, quae ab apostolica sede concedi supplicas, quod a patrum cautela et provisione non discrepat. Et quamvis ecclesiasticae regulae pene omnia comprehendant, tamen superfluum esse non credimus denuò (nunc) quae sunt saepius interdicta repetere.

Ut res ecclesiae non alienentur sed clericis vel monachis aut peregrinis in usum tantummodo largiantur.

Possessiones igitur, quas unusquisque ecclesiae proprio dedit aut reliquit arbitrio, alienare quibuslibet titulis atque (contractibus) distractionibus vel sub quocumque argumento non patimur; nisi forsitan aut clericis honorum meritis, aut monasteriis religionis intuitu, aut certè peregrinis, si necessitas largiri suaserit, sic tamen, ut haec ipsa non perpetuò sed temporaliter (donec vixerint) perfruantur.

## EPISTOLA DEL PAPA SIMACO AL OBISPO CESARIO.

SIMACO AL MUY AMADO HERMANO CESARIO.

La justicia de tu petición nos exhorta á condescender de grado con el deseo de tu fraternidad en la concesion de cada una de las cosas que suplicas á la sede apostólica; porque no se separa de la cautela y provision de los Padres. Y aunque las reglas eclesiásticas comprenden casi todas las cosas; sin embargo, no tenemos por superfluo volver á repetir lo que muchísimas veces se ha prohibido.

Que no se enagenen las cosas de la iglesia, sino que se concedan tan solo en uso á los clérigos, monjes ó peregrinos.

No permitimos que las posesiones, que alguno de voluntad propia dió ó dejó á la iglesia, se enagenen con cualquier título, ó se distraigan, bajo cualquier motivo; á no ser que la necesidad aconsejare que se den á los clérigos beneméritos, á los monasterios por respeto á la religion, ó á los peregrinos; pero de modo que no disfruten de estas cosas perpetua, sino temporalmente.

II.

Ut nullus honorem praemiis accipiat.

Illud magnopere commonens, ut hi, qui non Dei gratia sed promissione rerum ecclesiasticarum praemissa (praemiis) ad sacerdotium conantur accedere, desideriorum talium priventur (reprimantur) effectum. Qui (a) autem ab hujusmodi intentione se non cohibent, vindictis canonum sciant se sine dubitatione facile ad sacerdotium non permitti accedere, de quibus et gradus et tempora constituta sunt, per quae ad hanc dignitatem debeant adspirare: quia quicumque sine statuto promovetur, non facile caret offensa, et sine experimento non potest quis electionis obtinere sententiam.

III.

Ut raptores viduarum vel virginum ab ecclesiae communione pellantur.

Raptores igitur viduarum vel virginum ob immanitatem tanti facinoris detestamur, illos vehementius persequendo, quod (qui Deo sacratas) sacras virgines vel volentes vel iavitas matrimonio suo sociare tentaverint: quos pro tam nefandissimi criminis atrocitate a communione suspendi praecipimus.

IV.

Ut viduae vel virgines profesae continentiam ultra non nubant.

Neque viduas ad nuptias transire patimur, quae in religioso proposito diuturna observatione permanserint. Similiter virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in monasteriis aetatem peregisse contigerit.

V.

Ut nullus per ambitum ad episcopatum accedat.

Nullus itaque per ambitum ad episcopatus honorem permittatur accedere. Nam quum hic excessus in laica conversatione culpatur ¿quis dubitat quod religiosus et Deo servientibus inurat (inducat) opprobrium? Episcopatum desiderans, data pecu-

(a) Este capítulo segundo está dividido en las ediciones en dos, llevando el primero el mismo epigrafe que en nuestros códices, y añadiendo al segundo el siguiente: *Ut laici per gradus ad sacerdotium provehantur.* Y ademas en los impresos se lee así desde el período que notamos: *Qui aut ab hujusmodi se*

II.

Que ninguno reciba el honor por premios.

Amonestamos sobre todo, que aquellos que traten de aspirar al sacerdocio, no por la gracia de Dios, sino por la promesa previa de las cosas eclesiásticas, sean privados del efecto de semejantes deseos. Y los que no abandonen este propósito tengan entendido que sufrirán sin remision las penas de los cánones; y que no se les permitirá con facilidad que lleguen al sacerdocio; acerca de los cuales se hallan establecidos los grados y tiempos que deben transcurrir para aspirar á esta dignidad; porque el que se promueve sin lo requerido no carece fácilmente de ofensa, y ninguno sin pruebas puede obtener la sentencia de eleccion.

III.

Que los raptores de viudas ó vírgenes sean expelidos de la comunión de la iglesia.

Detestamos á causa de la crueldad de una maldad tan grande á los raptores de viudas ó de vírgenes, persiguiéndolos con mas vehemencia, porque trataron de unirse con las sagradas vírgenes en matrimonio, bien fuera queriendo ellas, bien contra su voluntad; los cuales en atencion á un crimen tan atroz mandamos que sean suspendidos de la comunión.

IV.

Que las viudas ó vírgenes que han profesado la continencia no se casen.

Tampoco permitimos que pasen á segundas nupcias las viudas que han permanecido largo tiempo en el propósito de religion: igualmente prohibimos que se casen las vírgenes, de quienes constare que han pasado muchos años en los monasterios.

V.

Que ninguno ascienda al episcopado por intrigas.

No se permita á ninguno ascender al honor del episcopado por intrigas; pues siendo este exceso culpable en los legos ¿quién duda que causa oprobio á los religiosos y á los que sirven á Dios? El que aspira al episcopado no se presente á las

*intentione cohibeant, aut vindictis canonum sciant se sine dubitatione subdendos.*

*De laicis personis decernimus, ne facile ad sacerdotium permittantur accedere, quibus et tempora et gradus constituta sunt, etc.*

nia, potentes personas minimè suffragatrices adhibeat, nec ad decretum sibi faciendum clericos vel cives subscribere, adhibito cujuslibet generis timore, compellat vel praemiis aliquibus hortetur. Decretum sine visitatoris praesentia nemo conficiat, cujus testimonio cleri ac civium potest unanimitas declarari. Hortamur itaque ut pro catholicae religionis intuitu et ecclesiarum pace haec universi fideles devota mente custodiant. Quia non est dubium praevaricatores interdictorum talium juxta venerandos canones propriae communionis subire jacturam. Haec tamen ad omnium episcoporum volumus perferri (1) notitiam. Deus incolumem te custodiat, carissime frater. Datum VIII idus januarias (novembres) Probo viro clarissimo consule.

personas poderosas que no le han de dar su voto, entregándolas dinero; ni impela para que firmen el decreto á favor suyo á los clérigos ó ciudadanos, empleando cualquier género de temor, ó prometiéndoles premios. Ninguno estienda el decreto sin la presencia del visitador, por testimonio del cual puede declararse la unanimidad del clero y de los ciudadanos. Así pues exhortamos á que, en atención á la religion católica y á la paz de las iglesias, todos los fieles observen estas cosas con devocion; porque no hay duda en que los prevaricadores de semejantes prohibiciones quedarán privados de la propia comunión en conformidad á lo ordenado en los venerables cánones. Sin embargo, queremos que estas cosas lleguen á noticia de todos los obispos. Dios te guarde, hermano carísimo. Escrita el 6 de Enero, en el consulado del varon clarísimo Probo.

(1) Ex reliquis praeter Alv. in quo : offerri: fortè: afferri.

LXXVI.

EPISTOLA HORMISDAE PPAE AD JUSTINUM (1) IMPERATOREM.

EPISTOLA DEL PAPA HORMISDAS AL EMPERADOR JUSTINO.

GLORIOSISSIMO ATQUE CLEMENTISSIMO FILIO JUSTINO HORMISDA EPISCOPUS SALUTEM.

EL PAPA HORMISDAS SALUDA AL GLORIOSÍSIMO Y CLEMENTÍSIMO HIJO JUSTINO.

Inter ea quae ad unitatem ecclesiae pertinentia (pertinet), propter quam Deus clementiae vestrae elegit imperium, in litteris contulistis, hoc (haec) quoque, venerabilis Imperator, cura fidei, cui multipliciter vos studere declaratis, adjecit, ut aliquorum preces perferendae ad humilitatis meae notitiam jungerentur, quibus vel quid quaestionis oriretur agnoscerem, vel ad submovendum propositae consultationis ambitum (ambiguum) responsum a me religiosae scientiae conveniens redderetur. Legi omnia sollicitudine qua decebat; et licet ad responsi plenitudinem sufficere potuisset, si illa tantum, quae ab auctoribus sunt definita, rescriberem; tamen ut religiosi propositi vestri remunerarem affectum, non subtrahendum credidi mei quoque sermonis obsequium.

En medio de la esposicion que hicisteis en tu carta de las cosas pertenecientes á la unidad de la iglesia, por lo cual Dios eligió el imperio de vuestra clemencia, se colocó tambien, emperador venerable, el cuidado de la fe, á favor de la cual declarais trabajar mucho, para que se unan las preces de algunos que debian llegar á noticia de mi humildad, mediante las cuales conoceria la cuestion, ó daria una conveniente respuesta segun mi religiosa ciencia para dirimir la duda de la consulta propuesta. Todo lo leí con esmerada solicitud; y aunque hubiera podido bastar para la plenitud de la respuesta reproducir tan solamente las definiciones de los autores (antiguos); sin embargo para remunerar el afecto de vuestro religioso propósito creí que no debia privaros de mis palabras.

(1) Em. Justinianum....., Justiniano.

I.

Adversus Nestorii et Eutichetis blasphemias.

¿Quid enim est quod emergentibus Nestorii et Eutichetis venenis paterna omisit instructio? Pene omnes impietates cum inventoribus tam nefandorum dogmatum convenientia in unum synodica decreta presserunt. Nec ulterius remansit locus ullus tam diris perfidiae seminibus amputatis, aut Christum Dominum nostrum credere sine carnis fuisse veritate, aut eundem non et Deum, et hominem de materni uteri intemperate foecunditate prodiisse; quum alter eorum dispensationem, qua salvati sumus, negando, quantum in se est, irritam faceret, alter opinione contraria sed impietate consimili in eodem Domino nostro Jesu Christo potestatem divinam a vera humanitate secluderet. Neque ille recordatus quia palpandam carnem suam Christus ostendit, neque iste evangelii memor Verbum carnem factum esse dicentis (2) cui vox Domini indeficienter insonare debuerat, qua dixit et docuit: *Nemo ascendit in coelum, nisi qui de coelo descendit, Filius hominis, qui est in coelo.* Saepe haec et multis praecedentium sunt comprehensa sententiis, sed nec clementia vestra, licet jam dicta sint fastidiosè, poterit repetita agnoscere (3) nec nobis pudor est ea, quae sunt a praedecessoribus nostris praedicata (*praedicta*), revolvere. Neque enim possibile est, ut sit diversitas praedicationis ubi una est forma veritatis, nec ab re iudicabitur alienum, si cum his, cum quibus convenimus fide, congruamus et dogmate. Revolvantur piis mansuetudinis vestrae auribus decreta synodica, et beati papae Leonis convenientia sacrae fidei constituta; eadem invenietis in illis, quae recensetis in nostris. ¿Quid ergo est post illum fontem fidelium statutorum, quid amplius, si tamen fidei terminos servat, quamlibet curiosus scrutator inquirat? non opus aut adiectione plenis, aut distinctione perfectis, nisi fortè mavult quisquam dubitare, quàm credere, certare, quàm nosse, sequi dubia, quàm servare decreta.

I.

En contra de las blasfemias de Nestorio y Eutiches.

¿Qué es pues lo que omitió la instruccion paterna para concluir con los venenos de Nestorio y de Eutiches? Casi todas las impiedades en union de los autores de tan nefandos dogmas fueron combatidas á la vez por oportunos decretos sinódicos. Ni en adelante queda pretesto alguno, despues de amputadas las semillas tan crueles de la perfidia, para creer que Cristo, Señor nuestro, existió sin la realidad de la carne, ó para manifestar que él mismo no nació Dios y hombre de la inviolada fecundidad de su madre; puesto que el uno negando, en cuanto le es posible, la dispensacion de aquellas cosas por las que fuimos salvados, la declaraba irrita; y el otro, llevando opinion contraria, aunque con semejante impiedad, separa en el mismo Señor nuestro Jesucristo la potestad divina de la verdadera humanidad. Ni aquel tuvo presente que Cristo se presentó para que se tocara su carne; ni este se acordó del evangelio que dice: *Que el Verbo se hizo carne,* al cual la voz del Señor debería haber llegado sin cesar, cuya voz dijo y enseñó: *Que nadie ascendió al cielo, sino el que bajó del cielo, el Hijo del hombre, que está en el cielo.* Muchas veces se ha tratado de estos misterios en las sentencias de nuestros antecesores; pero ni vuestra clemencia, aunque ya se hayan dicho, podrá tener por fastidioso que se repitan, ni á nosotros nos avergüenza el volver á inculcar lo que predicaron nuestros mayores. Tampoco es posible que haya diversidad de doctrina en donde es una sola la esencia de la verdad; ni se juzgará impertinente que convengamos en el dogma con aquellos con quienes concordamos en la fé. Vuelvan á inculcarse á los piadosos oídos de vuestra mansedumbre los decretos sinodales y los estatutos del bienaventurado papa Leon convenientes á la sagrada fe, y hallareis en ellos idéntica doctrina á la que reconocéis en los nuestros. ¿Y qué otra cosa hay además de aquella fuente de los fieles estatutos, qué mas, si observa los términos de la fe, buscará un escudriñador por curioso que sea? No una obra de mas doctrina ó claridad, á no ser que alguno prefiera la duda á la creencia, la disputa al conocimiento, seguir lo dudoso á observar los decretos.

(2) Ex ceteris praeter Alv. in quo: decetis.  
TOMO II.

(3) Em. Bibl. Reg. Esc. 3. cognoscere.  
249

II.

De mysterio Trinitatis, quid personae, quid designetur substantiae.

Nam si trinitas Deus, hoc est Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, Deus autem unus specialiter legislatore dicente: *Audi Israel: Dominus Deus tuus Deus unus est*; qui aliter habet necesse est aut divinitatem in multa dividat, aut specialiter passionem ipsi essentiae trinitatis impingat: et, quod absit a fidelium mentibus, hoc est aut plures deos more profanae (*profano*) gentilitatis inducere, aut sensibilem poenam ad eam naturam, quae aliena est ab omni passione, transferre. Unum est sancta Trinitas, non multiplicatur numero, non crescit augmento, nec potest aut intelligentia comprehendendi, aut hoc, quod Deus est, discretione sejungi. Quis ergo illi secretae, aeternae impenetrabilique substantiae, quod neque ulla (*visibilium*) vel invisibilium creaturarum potuit investigare natura, profanam divisionem tentet gerere, et divini arcana (*arcani ministerium*) mysterii revocare ad calculum moris humani? Adoremus Patrem et Filium et Spiritum sanctum, indistinctam (*indivisam*) distinctè, incomprehensibilem, et inenarrabilem substantiam trinitatis: ubi etsi admittat numerum ratio personarum, unitas tamen non admittit essentiae (4) separationem, ita tamen ut servemus divinae propriae naturae, servemus propriae unicuique personae, ut nec personis divinitatis singularitas denegetur, nec ad essentiam hoc, quod est proprium nominum, transferatur. Magnum est sanctum et incomprehensibile mysterium trinitatis, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, trinitas indivisa: et tamen notum est, quia proprium est Patris ut generaret filium, proprium Filii Dei ut ex Patre Patri nasceretur aequalis, proprium Spiritus sancti ut de Patre et Filio procederet sub una substantia deitatis.

III.

De divinitate et humanitate Domini Jesu-Christi.

Proprium quoque Filii ut juxta id, quod scriptum est, in novissimis temporibus Verbum caro fieret, et habitaret in nobis, ita intra viscera sanctae Mariae virginis genitricis Domini unitis utrisque sine aliqua confusione naturis, ut qui ante tempora erat Filius Dei Filius fieret hominis, et nasceretur in tempore hominis more, matris vulvam non aperiens natus, et virginitatem matri-

(4) Ex Æm. In reliquis; essentiam, ita tamen.

II.

Del misterio de la Trinidad, ¿qué se entiende por persona, y qué por sustancia?

Pues si la Trinidad Dios, esto es, el Padre, y el Hijo, y el Espíritu Santo, es un Dios, según especialmente dice el legislador: *Oye, Israel, el Señor Dios tuyo es un solo Dios*; el que no piense así, es necesario que ó divida la Trinidad en muchas, ó aplique con especialidad la pasión á la misma esencia de la Trinidad, y, lo que debe separarse del pensamiento de los fieles, ó introduzca muchos dioses á imitación del profano gentilismo, ó haga que sea capaz de pena de sentido aquella naturaleza que es agena á toda pasión. Una sola cosa es la santa Trinidad, no se multiplica por el número, no crece por el aumento, ni puede ser comprendida por la inteligencia, ni ser separado con diferencia aquello que es Dios. Y ¿quién pues tratará de introducir una profana división en aquella secreta, eterna é incomprendible sustancia, que no puede investigar ninguna naturaleza de las criaturas invisibles, ni calcular á imitación de los hombres los arcanos del divino misterio? Adoremos al Padre, y al Hijo, y al Espíritu Santo, sustancia indistinta distintamente, incomprendible é inenarrable de la Trinidad: en donde aunque admita número la razón de personas, sin embargo la unidad no pierde la separación de la esencia, de modo que conservamos las propiedades de la naturaleza divina y las de cada una de las personas, tanto que ni la singularidad de la divinidad se niega á las personas, ni se pasa á la esencia lo que es propio de los nombres. Grande es el santo é incomprendible misterio de la Trinidad, Dios Padre, Dios Hijo, y Dios Espíritu Santo, Trinidad indivisible; y sin embargo se sabe, que fué propio del Padre el engendrar al Hijo, propio del Hijo de Dios el nacer del Padre igual al Padre, y propio del Espíritu Santo el proceder del Padre y del Hijo bajo una sustancia de divinidad.

III.

De la divinidad y humanidad de nuestro Señor Jesucristo.

También es propio del Hijo, según lo que está escrito: *De que en los novísimos tiempos el Verbo se haría carne, y habitaria en nosotros*; que de tal modo dentro de las entrañas de la Virgen María madre del Señor se unirían entrambas naturalezas sin ninguna confusión, que el que antes de los tiempos era Hijo de Dios, se hiciera Hijo del hombre, y naciera en tiempo determinado como hom-

deitatis virtute non solvens. Dignum planè Deo nascente mysterium, ut servaret partum sine corruptione, qui conceptum fecit esse sine semine, servans quod ex Patre erat, et representans quod ex matre suscepit. Nam jacens in praesepio videbatur in coelo, involutus pannis adorabatur a Magis, inter animalia editus ab angelis nuntiatur, vix egressus infantiam et annuntians mysticam sine instituyente doctrinam, inter rudimenta annorum puerilium edens coelestium signa virtutum. Idem enim Deus et homo, non ut ab infidelibus dicitur sub quartae introductione personae, sed ipse Dei Filius Deus et homo idem (*id est*) virtus et infirmitas, humilitas, et majestas, redimens et venditus, in cruce positus et coeli regna largitus; ita nostrae infirmitatis ut posset interimi; ita ingentis (*ingenitae potentiae Dominus*) potentiae, ne posset morte consumi: sepultus est juxta id quod homo voluit nasci, et juxta id quod Patri erat similis resurrexit: patiens vulnere, et salvator aegrorum, unus defunctorum et vivificator (*obeuntium*); ad inferna descendens, et a Patris gremio non recedens. Unde et animam, quam, communi conditione (*conditione*) posuit, pro singulari virtute et admirabili potentia mox resumpsit. Haec ita esse nec ullam dubitationem oportere recipere, id est (*idem Dominus noster*) ne Deus noster Jesus Christus aut inter opera passionis Deus non esse crederetur, aut ne Deus tantum non etiam homo inter opera mirabilium stupenda virtutum, proposito nos duorum apostolorum informavit exemplo, Deum esse Christum Dominum nostrum Petri fide, hominem Thomae dubitatione declarat. ¿Quid enim intererat, ut quem se esse homines dicerent, discipulos suos vellet inquirere, nisi ut respondente Petro: *Tu es Christus Filius Dei vivi*: fateretur (*notum faceret*) non hoc de carne et sanguine proditum, sed Patre Deo inspirante revelatum, et per testimonium laudatae responsionis fides patefactae fieret veritatis? Quid etiam intererat, ut apparente post resurrectionem Domino Thomas tantum aut deesset ceteris, aut solus ambigeret, nisi ut mundus crederet, quod ambigens discipulus explorasset, ut dum unius manibus se pateretur tangi, ab universitate fidelium quid esset posset agnosci? Non ergo ad improbandum (*explorandum*) discipulum interposita est dubitatio, sed quaesita posteritatis instructio. ¿Anne (*ad*) aliud expectat quod se idem Dominus Cleophae cum alio discipulo commeante ad Emaum tendentes de se loquerentur inseruit? Et quamquam de resurrectione Domini per mulieres quae primae ad monumentum convenerant, agnovissent; tamen, ut per eorum dubitationem daret credendi futuris seculis firmitatem, incipiens a Moyse et omnibus prophetis oportuisse pati Christum, et ita intrare in gloriam suam, interpretatus (*scripturas*) ostendit, et per passionem humanam naturam, et divinam in eo

bre, no abriendo matriz, y no destruyendo la virginidad de la madre por virtud de la divinidad. Digno misterio del nacimiento de Dios, reservar el parto sin corrupcion, el que hizo que fuera concebido sin simiente, guardando lo que era del Padre, y patentizando lo que recibió de la madre. Pues estando acostado en el pesebre, se le veía en el cielo; envuelto en los pañales, era adorado por los Magos, y nacido entre animales es anunciado por los ángeles; y apenas salido de la infancia, explica la doctrina mística sin haber tenido maestros, y dá señales de las virtudes celestiales en medio de la infancia de los años pueriles. Porque uno mismo es Dios, y hombre, no como dicen los infieles introduciendo una cuarta persona, sino que el mismo Hijo Dios, Dios y hombre, el mismo es virtud y flaqueza, humildad y magestad, redentor y vendido, crucificado y concediendo los reinos del cielo; tan igual á nuestra flaqueza, que pudo ser muerto; pero de un poder tan grande que no podia ser destruido por la muerte: fué sepultado por haber querido nacer hombre, y resucitó por la semejanza que tenia con el Padre: padeció heridas, siendo como era el Salvador de los enfermos; fué uno de los muertos, siendo el vivificador; y bajó á los infiernos, sin separarse del seno del Padre. Por lo cual volvió á tomar en consideracion á su singular virtud y admirable potestad el alma que recibió segun la condicion comun. Y que esto sea así, y que no admite duda alguna; y á fin de que nuestro Señor Jesucristo no se creyera que no era Dios en medio de los padecimientos, ó no se le tuviera tan solamente por Dios y no tambien por hombre en medio de las obras estupendas de las virtudes maravillosas, se nos hizo patente con el ejemplo propuesto por dos apóstoles, que Dios era Cristo Señor nuestro por la fe de Pedro, y que era hombre por la duda de Tomás ¿Y qué importaba que aquel quisiera preguntar á sus discípulos, quién decían los hombres que era, sino para que respondiendo Pedro: *Tú eres Cristo, Hijo de Dios el vivo*, hiciera patente que no salió esto de la sangre y de la carne, sino que fué revelado por inspiracion de Dios Padre, y para que mediante el testimonio de la citada respuesta se hiciera patente la fe de la verdad manifestada? ¿Y qué importaba tambien que apareciendo el Señor despues de la resurreccion, faltara solo Tomás entre los otros, ó que él solo dudara, sino para que el mundo creyese lo que el discípulo en su duda hubiera explorado; de modo que presentándose á ser tocado por las manos de uno solo pudiera ser reconocido lo que era por toda la universalidad de los fieles? No se interpuso pues la duda para abochornar al discípulo, sino para instruccion de la posteridad ¿Acaso tiene otro objeto lo que el mismo Señor manifestó á San Pedro cuando caminaba á Emaus en compañía de otro dis-

esse per gloriam, multiplicibus haec sanctarum scripturarum insinuantur exemplis. Nec (*Nec omnino*) apud religiosam conscientiam tuam, venerabilis Imperator, tamquam ignota dicantur (*dicuntur*). Fides enim ipsa, quae a te constanter adseritur, tibi reddit hoc muneris, ut sensibus tuis et affectum sui inserat, et scientiam, per quam diligentius adseratur, infundat; et tamen (*tantum*) interest dispensationis mihi creditae, ut ego quoque vel apud scientes nota non taceam, ut succedente sibi per vices temporum catholicorum praedicatione sensuum quod indeficienter adseritur sine fine credatur. Latius haec, quae ad deitatem humanitatemque Domini nostri Jesu Christi pertinet, et in eo unitas duas sine confusione naturas potui secundum veterum definita disserere, si esset adversum eos, qui his dissentiant, disputandum; sed quum in manibus omnium sint synodica constituta, et beati papae Leonis dogmata, perstrinxisse potius pauca quam evolvere credidi conveniens universa. Nunc verò agnoscere salis est, cavere (*et cavere proprietatem*) ita proprietatem et essentiam cogitandam, ut sciatur quid personae, quid nos oporteat deservire (*deferre*) substantiae. Quae qui indigenter (*indecenter*) ignorant, aut callida impietate dissimulant, dum omittunt, quod sit proprium Filii, trinae tendunt insidias unitati (*divinitati*), sed si quae praedicata (*praedicta*) sunt, validis teneantur fixa radicibus, nec a paterna traditione recedunt, et constanter quaestionibus obviatur (a).

cípulo, é iban hablando de él? Y aunque se hubiera enterado de la resurreccion del Señor por el testimonio de las mugeres, que fueron las primeras que llegaron al sepulcro, sin embargo, á fin de que mediante la duda de aquellos se diera firmeza en la fe para los siglos futuros, empezando desde Moisés y desde todos los profetas se lee que convino que padeciera Cristo y que entrara de este modo en su gloria, como la interpretacion de las Escrituras lo manifiesta; y que mediante los padecimientos humanos existe en él la naturaleza de hombre, y la divina por medio de la gloria, como se prueba por los infinitos ejemplos de las santas Escrituras. Ni esto se dice, Emperador venerable, ante tu conciencia religiosa como cosa ignorada; porque la misma fe, que con constancia afirmas, da á tus sentidos el afecto de sí mismo, é infunde la ciencia, mediante la cual se afirma con mas constancia. Y solo importa á la dispensacion que se me ha concedido, que yo tambien no oculte las cosas que se saben ante los sabios; para que sucediendo la predicacion de las doctrinas católicas por el trascurso del tiempo, se haga sin fin lo que se afirma sin cesar. Podria haber hablado con mas estension acerca de la divinidad y humanidad de nuestro Señor Jesucristo, y sobre la union inconfusa de las dos naturalezas, siguiendo las definiciones de los antiguos, si hubiera que disputar en contra de los que no lo creen; pero andando en manos de todos, tanto los decretos sinodales, quanto los dogmáticos del bienaventurado Papa Leon, he creído mas conveniente tocar algunos pocos puntos, que revolverlo todo. Ahora pues es suficiente con conocer y guardarse de pensar que sea lo mismo propiedad que esencia, para que se sepa, qué es lo que nosotros debemos conceder á la persona, y qué á la sustancia: y los que ignoran por falta de luces estas cosas, ó los que las disimulan por una astuta impiedad, omitiendo lo que es propio del Hijo, arman asechanzas á la trina unidad: mas lo que ya está predicado debe haber hechado raices profundas; ni conviene que nos separemos de la tradicion de los Padres, y sí que constantemente evitemos las disputas.

(a) Data VII kalendas Aprilis, Valerio viro clarissimo

consule.

# LXXXVII.

## EPISTOLA JUSTINI IMPERATORIS AD HORMISDAM PAPAM.

## EPISTOLA DEL EMPERADOR JUSTINO AL PAPA HORMISDÁS.

SANCTISSIMO AC BEATISSIMO ARCHIEPISCOPO ALMAE URBIS ROMAE ET PATRIARCHAE HORMISDAE JUSTINUS IMPERATOR.

EL EMPERADOR JUSTINO Á HORMISDAS SANTÍSIMO Y BEATÍSIMO ARZOBISPO DE LA CIUDAD IMPERIAL DE ROMA, Y PATRIARCA.

Ut in sacerdotibus ordinandis, quae sunt a patribus praescripta (1) et definita (2) cogitetis; quia sicut caput est Christus ecclesiae, Christi autem vicarii sacerdotes, sic in eligendis his curam oportet esse perspicuam. Irreprehensibiles enim esse convenit, quos praeesse necesse est corrigendis, nec quidquam illi deesse personae, penes quam est religiosae (religionis) summa et substantia disciplinae. Aestimetur quis pretium dominici gregis, ut sciat quod meritum constituendi deceat esse pastoris. Hoc ita fiet, si non sacerdotii gradus saltu quodam passim a laicis transferantur. Longa decet vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula committuntur ecclesiae. Non negamus esse in laicis Deo placitos mores, sed milites suos probatos sibi quaerunt instituta fidelia. Discere quis debet antequam doceat, et exemplum religiosae conversationis de se potius aliis praestare, quam sumere. Emendatiorem esse convenit populo, quem necesse est orare pro populo. Longa observatione religiosus cultus tradatur (3) ut luceat, et diu clericalibus obsequiis erudiendus inserviat, ut ad venerandi gradus summa perductus, qui sit fructus humilitatis, ostendat. Non leve, non vacuum fuit, quod nec apud veteres quidem nisi levitici generis viri ad sancta admovebantur altaria, ne passim, meritis aut pretio aut praesumptione contemptis, ad sacros cultus impar accederet. Migravit illa praerogativa familiarum ad instituta cultorum: nunc est doctrina pro genere. Quod illis fuit nasci, hoc nobis imbui. Illos tabernaculo dabat natura, nos altaribus parturit disciplina; nec tantum consecrari de laicis inhibemus, sed ne de poenitentibus quidem quisquam ad hujusmodi gradum profanus temerator adspiret. Satis illi postulanti sit venia. Quam conscientia absolvat reum, qui se peccata sua populo scit teste confessum? Quis eum, quem paulo ante vidit jacentem, veneretur antistitem? Praeferens (perferens) miserandi criminis labem non habet lucidam sacerdotii dignitatem.

En la ordenacion de los sacerdotes tened presente lo que está prescrito y definido por los Padres; porque siendo Cristo la cabeza de la Iglesia, y los sacerdotes sus vicarios, se necesita que en la eleccion de estos haya un singular cuidado. Conviene por lo tanto que sean irreprehensibles los que han de presidir á los que necesitan correccion, y que no falte ningun requisito á la persona que tiene el principal cargo de la religion y de la disciplina. Valúese el precio de la grey del Señor, y entonces se sabrá el mérito que ha de tener el pastor. Esto se conseguirá si no se confiere *per saltum* á los legos el sacerdocio; pues debe mediar un largo exámen en que se patente la vida de aquel á quien se encarga el gobierno de la iglesia. No negamos que hay entre los legos sugetos morigerados que agradan á Dios; pero las ordenanzas fieles quieren que los soldados alistados en sus banderas sean de antemano conocidos. Antes de ponerse uno á maestro debe ser aprendiz, y es necesario que dé á los otros ejemplo de su religiosidad, en vez de tomarle de ellos. Conviene que se presenten como modelos ante el pueblo por quien tienen que hacer plegarias. Practique el culto de la religion con toda escrupulosidad, á fin de que brille; y ministre por mucho tiempo en los oficios clericales, antes de ascender á la cumbre del sacerdocio, haciendo ostensible el fruto de su humildad. No fué de poca entidad ni sin motivo lo que entre los antiguos se estableció, de que no ascendieran al sacerdocio sino los de la tribu de Leví, con objeto de que no entraran con frecuencia á ministrar en los cultos sagrados, quienes no fueren dignos, despreciando los méritos, ó por precio ó por usurpacion. Entonces aquella prerogativa de familia les abria las puertas de los templos; ahora al linaje ha reemplazado la doctrina, y lo que ellos tenian por su nacimiento, nosotros lo conseguimos con la educacion: á ellos les concedia la naturaleza el ingreso en el Tabernáculo, y á nosotros la disciplina nos hace participantes de los altares. Y no solo prohibimos que se consagre á los legos,

(1) Bibl. Reg. constituta.

(2) Esc. 3. praefinita.

(3) Ex reliquis praeter Aly. in quo geratur. Esc. 2. teneatur.

sino tambien á los penitentes; no debiendo ningun profano temerario aspirar á semejantes grados. Bástele con que se le conceda el perdon, si es que le pide. ¿Y con qué conciencia absolverá al reo aquel de quien sabe el pueblo que ha confesado sus pecados? Y quién venerará por prelado al que poco antes vivió entre los penitentes? El que conserva la mancha del crimen que se perdona por penitencia, no debe obtener la brillante dignidad del sacerdocio.

II.

Que no se reciba premio por el episcopado.

Ut pro episcopatu praemium non accipiatur.

Hoc quoque ad priora (*praemissa*) jungimus, ne benedictio per impositionem manus, quae a Deo esse creditur, pretio comparetur, quia ante oculos esse convenit quod Simon Spiritum sanctum volens redemptione mercari, apostoli fuerit detestatione percussus. Tum deinde (4) quis non vile putet esse quod vendidit? Istam sacerdotibus ordinandis reverentiam servet electio, ut in gravi munere (*mur-mure*) populorum divinum credatur esse iudicium. Ibi enim Deus, ubi simplex sine pravitate consensus. Verum nec hanc quidem partem sollicitudinis et admonitionis omittimus, ne vel ille se a culpa aestimet alienum, qui ipse quidem a redemptione liber initiaverit benedictione mystica sacerdotem vel sponte in hoc vel necessitate consenserit. ¿Quid prodest illi suo errore non pollui, qui consensum praestat errandi? Procul dubio contra mandata committit et qui habet peccatum proprium, et qui sequitur alienum. Incassum animus resistit cupiditati, si non resisterit et timori. Adversum haec facilius Deo juvante providebitur, si circa metropolitanos privilegia a sanctis patribus constituta permaneant: si metropolitani circa parochias suas ordinem suum ea qua decet veneratione custodiant, ut nec (b) elatio praesules, nec contemptus depretiet obsequentes. Quae si ita in operibus, ita fixa habeantur in cordibus quemadmodum releguntur in scripturis, nulla intentionum semina, nulla (5) erunt fomenta discordiae; sed regnante caritate, sub illa, qua nobis Deus promisit et tribuit, pace vivatur.

A lo dicho añadimos lo siguiente: que la benediction mediante la imposicion de manos, que se cree ser divina, no se compre por precio; porque conviene tener muy presente que Simon queriendo comprar con dinero el Espíritu Santo, fué detestado por el Apóstol. Además, ¿quién no considera vil lo que se vende? La eleccion ha de guardar en la ordenacion de sacerdotes este respeto, para que se crea que en el grave cargo de los pueblos preside el juicio divino; porque se encuentra Dios, en donde existe el consentimiento sencillo sin pravedad. Tampoco omitimos esta parte de sollicitud y amonestacion, para que no se crea ageno de culpa aquel que aunque el mismo esté libre de la simonia, haya iniciado con la benediction mística al sacerdote, y sin embargo haya consentido con la voluntad de otro á quien se haya comprado, ó espontáneamente ó por necesidad. ¿Y qué le aprovecha no contaminarse con su error, si presta su consentimiento para errar? Sin duda alguna obra en contra de los mandamientos tanto el que tiene pecado propio, como el que sigue al ageno. En vano resiste el ánimo á la codicia, si no se opone tambien al temor. En contra de esto se proveerá con mas facilidad con ayuda de Dios, si permanecen los privilegios de los metropolitanos establecidos por los santos Padres; si los metropolitanos guardan en sus parroquias su órden con la debida veneration, para que ni la soberbia desprecie á los prelados, ni el desprecio rebaje á los que obedecen. Y si estas cosas están tan fijas en las obras como en los corazones, segun se lee en las Escrituras, no habrá semilla alguna de contiendas, ni tampoco discordias, sino que reinando la caridad, se vivirá en aquella paz que Dios nos prometió y nos dió.

(4) Bibl. Reg. inde.  
(b) Ut nec electio praesulis empta detur preliis, et nec obsequentis sit quaesita operibus, sed ita fixa habeantur in cor-

dibus quemadmodum releguntur in scripturis. Si nulla sint in templis emptionum semina, nulla erunt etc.  
(5) Ex ceteris praeter Alv. in quo: nullatenus.

III.

Que se celebre concilio todos los años.

Movidos los Padres por esta causa, y en virtud de la providencia por la que el Espiritu Santo se dignó impulsar á los que le dan culto, enseñaron que se tuvieran concilios provinciales dos veces al año, para que congregados en uno segun los dogmas de la saludable institucion se deliberare lo que se debia tratar acerca de las causas eclesiásticas; ó si todo se hace conforme se debe para alabar á Dios en coro, puesto que concede las cosas deseadas. Es seguramente difícil que de tal modo se endurezca el corazon de alguno con los malos pensamientos, que permita ejecutar cosas culpables, sabiendo que ha de sujetarse al juicio de un concilio. Tengan siempre ceñidos los lomos para este camino, no ignorando que han de dar cuenta á Dios. Dejen de cometer por miedo cosas ilícitas, los que no lo han hecho por pudor. Pero acerca de las épocas de reunirse, es sabido que se estableció en los santos cánones que fuera dos veces al año, y que si es posible se observara así inviolablemente; mas si las circunstancias ó las causas no permitieren cumplirlo, al menos mandamos que se congreguen sin excusa alguna anualmente, aunque esto no es lo permitido. Imitemos, hermanos carisimos, estas y otras constituciones de los Padres, y tengámoslas siempre en los labios y en el corazon, y segun nos está mandado, *las contaremos á nuestros hijos, y las meditaremos, sentados en casa, y andando por el camino, al irnos á dormir, y al levantarnos: porque es bienaventurado en el Señor el que medita en su ley dia y noche.* Esto tambien enseñó el Maestro de los gentiles, cuando instruyendo á su discípulo le dice; *medita estas cosas; ocupate en ellas; á fin de que tu aprovechamiento sea manifiesto á todos: pues si nos ocupamos sin intermision alguna en los institutos fieles, nos separamos de los vicios, porque el cuidado que ponemos en la obra del Señor no nos deja tiempo para el error humano.* Escrita el dia 2 de Abril en el consulado del príncipe, varon clarísimo, Agapito.

III.  
De concilio per annos singulos celebrando

Ob hoc Patres providentia, qua Spiritus sanctus cultores suos compungere dignatus est, incitati bis in anno per parochias singulas concilia haberi debere docuerunt, ut in unum juxta salubris institutionis dogmata congregati pro ecclesiasticis causis tractanda deliberent, aut si juxta votum universa consistunt, Deum junctis vocibus, qui praestat desiderata, collaudent. Difficile est enim, ut cujusquam cor sic pravis cogitationibus induretur, ut a se patiatur culpanda fieri, quum noverit sibi judicium subeundum esse concilii. Praecinctos ad hanc viam semper lumbos habeant, scientes rationem actuum suorum esse reddendam. Suspendantur ab illicitis per formidinem, et qui nequeant per pudorem. Sed de conveniendo notum est, quia sanctis canonibus bis in anno constet esse praefinitum, et quidem, si possibile est, inviolabiliter convenit custodiri. Sed si aut temporum necessitates, aut emergentes causae hoc non patiantur implere, semel saltem, quamvis non licuerit, sine ulla excussatione praecipimus conveniri. Haec, fratres carissimi, et alia quae patrum regulis continentur, in labiis et in cordibus nostris (6) indefessa retractatione meditemur, et sicut scriptum est, narremus ea filiis nostris; meditemur in cordibus sedentes in domo, ambulantes in itinere, dormientes atque surgentes quia beatus apud Dominum, qui lege ejus meditabitur die ac nocte. Hoc et Magister gentium discipulum suum sequutus instituit admonens: *Haec meditare, in his esto, subjiciens plenitudinem, attende tibi et doctrinae: quia si fidelibus citra intermissionem incumbimus institutis, separamur a vitiis, dum impensa cura divino operi humano locum non relinquit errori.* Datum IV nonas Aprilis, principe (c) Agapeto viro clarissimo. Era DLVI.

(6) Esc. 3. vestris.

(c) En los codices estrangeros y en los impresos se omite la voz Principe.

**XCII.**

**EPISTOLA HORMISDAE PPAE AD EOSDEM HISPANIAE EPISCOPOS.**

**IN QUA EIS JOANNIS CONSTANTINOPOLITANI EPISCOPI PROFESSIONEM DIRIGIT PROPTER ORIENTALES CLERICOS, QUI EORUM COMMUNIONEM POPOSCERINT.**

**DILECTISSIMIS FRATRIBUS UNIVERSIS EPISCOPIS IN HISPANIA CONSISTENTIBUS HORMISDA.**

Inter ea, quae notitiae nostrae Joannes frater et coepiscopus noster studiosae ecclesiasticae utilitatis ingessit, hoc quoque pro affectu catholicae fidei et apostolicae sedis veneratione consuluit, quo ordine ex clero graecorum venientibus tribui deberet sancta communio, propter causam scilicet Acacii a decessoribus nostris pro haereticorum communione damnati, in qua ii quoque, qui se ab ejus contagione non dividunt, a nostra communione habeantur excepti. Laudamus propositum viri hoc zelo circa fidem et apostolica instituta ferventis, ut ne (*nec*) per ignorantiam quidem quemquam coeno erroris alieni pateretur immergi. Digna haec cura fidelibus, ut sollicito studio semper invigilent, et inculpato se ab omni perversitate conservent. Ipsa est enim fidei innocentia, ut praevideat, ne vel possit casu errare. Satisfacientes igitur et laudabilibus desideriis memorati viri, et memores nostri, sicut oportet, officii, documenta quoque de ecclesiae scriniis assumentes, ad concilium vestrum pro generalitatis instructione direximus, ut ex illis plenius, quae sunt acta, discentes, ab omni vos errantium cognatione (*contagione vel communione*) separetis. Neque enim est personalis odii causa, sed in impios transgressores dicta, Deo inspirante, sententia; in qua quidem causa neque (*nequaquam*) praedicatione, neque deprecatione cessavimus, et principi supplicando, et sacerdotes et populos admonendo, ut transgressores absoluti ad rectam se fidem et affectu Dei et iudicii timore converterent. Sed obstinatio miseranda perdurat (*eo perduxerat illos, ut nullis*), nec ullis modis mortifera venena vincuntur, malo semine fixis in deterius pullulante radicibus. Ergo, dilectissimi fratres, ad omnia competenter instructi servate vos (*et*) ecclesiam Dei, et Apostolo (*Apostoli exultatione compuncti*) exultate conjuncti. Nos autem libellum misimus, sub quo si quis com-

**EPISTOLA DEL PAPA HORMISDAS A LOS MISMOS OBISPOS DE ESPAÑA.**

**EN LA QUE LES DIRIGE LA PROFESION DE JUAN, OBISPO DE CONSTANTINOPLA, A CAUSA DE LOS CLERIGOS ORIENTALES QUE HABIAN PEDIDO LA COMUNION DE AQUELLOS.**

**A TODOS LOS MUY AMADOS HERMANOS OBISPOS ESPAÑOLES HORMISDAS.**

Entre las cosas que nos comunicó por el deseo de la utilidad eclesiástica nuestro hermano y coepiscopo Juan, otra de ellas fué consultar, en virtud del afecto á la fe católica y veneracion a la sede apostólica, la manera con que debia darse la santa comunio a los que se presentaban a nosotros procedentes del clero de los griegos, por la causa de Acacio, condenado por nuestros antecesores, por hallarse en comunio con los hereges, ordenando que los que no se separan de este contagio, sean tambien privados de nuestra comunio. Alabamos el propósito de un varon abrasado del celo por la fe y por los estatutos apostolicos, para que no se permita que ninguno se sumerja por ignorancia en el cieno del error ageno. Este cuidado es digno de los fieles, y consiste en estar siempre vigilantes y asiduos, y en conservarse puros de toda perversidad. Pues que la misma inocencia de la fe consiste en preveer que ni aun por casualidad pueda errarse. Para satisfacer a los deseos laudables del mencionado varon, y acordándonos como conviene de nuestro oficio, sacando tambien los documentos de los archivos de la iglesia, los hemos dirigido a vuestro concilio para instruccion de la generalidad; a fin de que aprendiendo vosotros con toda plenitud lo que se ha ejecutado, os separeis de toda comunicacion con los que yerran. Ni esta es una causa de odio personal, sino una sentencia pronunciada por inspiracion de Dios en contra de los impios transgressores: en cuya causa no hemos cesado de predicar y de rogar, ya suplicando al príncipe, ya amonestando a los sacerdotes y pueblos, para que se conviertan a la recta fe por afecto a Dios y por temor al juicio los transgressores, despues de absueltos. Pero dura la miserable obstinacion, y no hay medio alguno de vencer los venenos

munionem vestram de orientalibus clericis popos-  
cerit, ad eam possit admitti, secundum quam  
(quod) ei de Thracia, et de Scitia, Illiricisque  
partibus, vel Epiri veteris, sed et secundum quam  
Siriae multos jam constat esse susceptos, gaudentes  
ad recta confluere et devia declinasse. Unde sub  
(1) repetitione mandamus, ut omnis cura, et sol-  
licitudo omnis invigilet. Jam nullus est ignorantiae  
locus. Nullus utatur simplicitatis excussatione prae-  
terita. Scienti peccare necessaria confessio est: ne-  
cesse est, ut errores adscribat sibi, qui monstrato  
(monstratur institisse pravo itinere) non insistit  
itinere.

*Bonifacius notarius sanctae ecclesiae Romanae ex  
scrinio editi exemplaria libelli exequitur.*

Prima salus est rectae fidei regulam custodire,  
et a constitutis patrum nullatenus deviare. Et quia  
non potest Domini nostri Jesu Christi praetermitti  
sententia dicentis: *Tu es Petrus, et super hanc pe-  
tram aedificabo ecclesiam meam*; et haec, quae dicta  
sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede  
apostolica citra maculam semper est catholica ser-  
vata religio. De qua spe et fide separari minimè  
cupientes, et patrum sequentes constituta, anathe-  
matizamus omnes haereses, praecipuè Nestorium  
haeticum, qui quondam Constantinopolitanae  
fuit urbis episcopus, damnatum in concilio Ephe-  
sino a beato Coelestino Papa urbis Romae, et a  
venerabili viro Cyrillo Alexandrinae civitatis an-  
fistite. Similiter anathematizamus Eutichetem et  
Dioscorum Alexandrinum in sancta synodo, quam  
sequimur et amplectimur, Chalcedonensi damnatos,  
quae sequuta sanctum concilium Nicaenum fidem  
apostolicam praedicavit. Detestamur et Timo-  
theum parricidam, Aelurum cognomento, disci-  
pulum quoque ipsius et sequacem in omnibus  
Petrum Alexandrinum. Condemnamus etiam et  
anathematizamus Acacium Constantinopolitanum  
quondam episcopum ab apostolica sede dam-  
natum, et eorum complicem et sequacem,  
vel qui in eorum communionis societate permanse-  
rint: quia (qui) Acacius, quorum se commu-  
nioni miscuit, ipsorum similem jure meruit in  
damnatione sententiam. Petrum nihilominus An-  
tiochenum damnamus cum sequacibus suis, et  
omnibus suprascriptis. Suscipimus autem, et pro-  
hamus epistolas beati Leonis papae universas,  
quas de christiana religione conscripsit, sicut prae-

mortíferos: pues que pulula la mala semilla con  
raíces profundas, yendo cada vez á peor. Por lo  
cual, carísimos hermanos, instruidos competen-  
temente para todo, guardad la iglesia de Dios,  
y unidos alegraos con el Apóstol. Nosotros pues  
hemos enviado un libelo, ajustándose al cual, si  
alguno de los clérigos orientales pidiere vuestra  
comunion, podrá ser admitido á ella, conforme  
consta haberlo ya sido muchos de Tracia, Scitia,  
de las regiones del Ilírico y del antiguo Epiro y  
tambien de Siria, alegrándonos porque vuelven á  
la rectitud, y porque se han apartado de la mal-  
dad. Por lo tanto, volvemos á mandar que se  
vigile con todo cuidado y sollicitud. Ya no  
queda pretesto alguno á la ignorancia. Ninguno  
alegue la excusa anterior de sencillez. Es nece-  
saria la confesion al que sabe que peca; y es  
preciso que se achaque á sí mismo los errores el  
que no quiere marchar por el camino trillado.

*Bonifacio notario de la santa iglesia romana re-  
mite copias del libelo sacado del archivo.*

El primer paso para la salvacion es guardar  
la regla de recta fe, y no desviarse en nada de  
lo establecido por los Padres. Y porque no puede  
prescindirse de la sentencia de nuestro Señor Je-  
sucristo que dice: *Tú eres Pedro, y sobre esta  
piedra edificaré mi iglesia*; lo dicho se prueba con  
los efectos de las cosas, porque en la sede apos-  
tólica siempre se ha observado la religion cató-  
lica sin mancha. Y no deseando bajo ningun con-  
cepto separarnos de esta esperanza y fe, y si-  
guiendo los estatutos de los Padres, anatematiza-  
mos á todos los hereges, y en especial á Nestorio,  
antiguo obispo de Constantinopla, condenado en  
el concilio de Efeso por el bienaventurado Ce-  
lestino, papa de Roma, y por el venerable va-  
ron Cirilo, prelado de Alejandría. Igualmente  
anatematizamos á Eutiches y Dióscoro alejandrino,  
condenados en el santo concilio de Calcedonia,  
que seguimos y veneramos, el cual habiendo secun-  
dado al santo concilio de Nicea, predicó la fe apos-  
tólica. Detestamos al parricida Timoteo por sobre-  
nombre Eluro, y á su discípulo y partidario en  
todo, Pedro de Alejandría. Condenamos tambien  
y anatematizamos á Acacio, antiguo obispo de  
Constantinopla, condenado por la sede apostólica,  
y cómplice y partidario de aquellos, como igual-  
mente á los que hayan permanecido en su comu-  
nion; porque Acacio mereció en la condenacion  
igual sentencia á la de aquellos en cuya comunion  
se mezcló. Tambien condenamos á Pedro de An-  
lioquia con sus partidarios y todos los referidos.  
Admitimos y aprobamos todas las cartas del bien-  
aventurado papa Leon, escritas sobre asuntos de

(1) Ex Em. et Bibl. Reg. In Alv. Esc. 3. Urg. Ger. subreptione.

Tol. 1. sub praestitione. Tol. 2. sub trepidatione.

diximus, sequentes in omnibus apostolicam sedem, et praedicantes ejus omnia constituta. Et (per omnia) ideo spero, ut in una communione vobiscum, quam sedes apostolica praedicat, esse merear, in qua est integra et verax christianae religionis et perfecta soliditas; promittens sequeratos a communione ecclesiae catholicae id est, non consentientes sedi apostolicae, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria. Quod si in aliquo a professione mea deviare tentavero, his quos damnavi, complicem me (hac) mea sententia esse profiteor. Hanc autem professionem mea ego manu subscripsi, et tibi Hormisdas sancto et venerabili Papae urbis Romae direxi.

la religion cristiana, segun ya hemos dicho, siguiendo en un todo á la apostolica sede, y predicando todos sus estatutos. Y por lo tanto espero merecer estar con vosotros en una misma comunión, que es la que predica la sede apostolica, en la que existe íntegra, veraz y perfecta la solidez de la religion cristiana; prometiéndole que los nombres de los separados de la comunión de la iglesia católica, esto es, de los que no están conformes con la sede apostolica, no serán recitados entre los misterios sagrados. Y si en algo tratase desviarme de mi profesion, confieso que por mi sentencia me hago cómplice de aquellos á quienes condeno. Firmé de mi propia mano esta profesion, y la remití á tí Hormisdas, santo y venerable papa de la ciudad de Roma.

**XCIII.**

**EPISTOLA HORMISDAE PAPAE AD EPIPHANIAM CONSTANTINOPOLITANUM EPISCOPUM.**

**EPISTOLA DEL PAPA HORMISDAS A EPIFANIO OBISPO DE CONSTANTINOPLA.**

DILECTISSIMO FRATRI EPIPHANIO EPISCOPO HORMISDAE.

HORMISDAS AL MUY AMADO HERMANO OBISPO EPIFANIO.

Multo gaudio sum repletus, quòd circa ecclesiae pacem et sanctissimi imperatoris et dilectionis tuae tale studium, quale litteris indicasti, legatorum quoque meorum assertione cognovi. Manifestè hinc enim supernae misericordiae documento perdocetur, quando et mundani principes causam fidei cum reipublicae ordinatione jungunt, et ecclesiarum praesules, quod ad dispensationem suam pertinet, officii memores exequuntur (1). Talibus indigebat post discordiae procellas religio christiana rectoribus, qui, compressis provida dispositione turbationibus, diu peregrinatam (2) pacem, depulsa tempestate, reducerent, et in futura post saecula propositi sui exempla tendentes sibi ad scribendum indubitanter ostenderent, quidquid Dei placitum posteris pro sua imitatione fecissent. Benedicamus Dominum, frater carissime, nostris hoc diebus fuisse concessum, et totis orationum et curarum viribus adnitamur, ut, quae Dei ope bene coepta sunt, ipso adjuvante per omnia compleantur. Sperandum enim est, ut ad compagem corporis sui reliqua quoque, quae adhuc divisa sunt, membra festinent, et a potioribus minora non discrepent: ad quod

He recibido un gozo extraordinario por haber conocido por tu carta y por la aseveracion de mis legados cuales son tus deseos y los del santissimo emperador en favor de la paz de la iglesia. Porque aparecen pruebas terminantes por virtud de la misericordia divina, cuando los príncipes de la tierra unen la causa de la fe con el gobierno de la república, y cuando los prelados de las iglesias, solícitos de su oficio, cumplen lo que á ellos corresponde. Despues de tantas vicisitudes necesitaba la religion cristiana de semejantes prelados, que una vez reprimidas las turbaciones con prudentes medidas volvieran la paz mucho tiempo alejada, calmada la tempestad; y presentando modelos de sus obras á los siglos futuros, se ofrecieran á escribir cuanto los posteriores hubieren hecho agradable á Dios con objeto de imitarles. Bendigamos al Señor, hermano carísimo, porque ha concedido esto en nuestros tiempos, y supliquemos con oraciones y buenas obras que terminen con ayuda de Dios todas las cosas que con auxilio suyo se empezaron bien. Debe pues esperarse que se unan prontamente todos los miembros del cuerpo que aun se hallan esparcidos, y

(1) Ex Tol. 1. In quibusdam, exercentur: in aliis mendose: exercentur.

(2) Ex reliquis praeter Aiv. in quo: peregrinam.

quum me dilectio tua christianae studio caritatis hortatur, debet quod invitat sequi, et quod amandum suadet amplecti. Similem enim jam fidei curam gerentes, per religiosam patientiam partiam praemium de boni operis speramus effectu; neque enim difficultatibus est cedendum. Non enim fatigatur asperis fides nec ad coelorum ardua per proclive conscenditur, nec remunerationem citra laboris exercitium quis meretur. Unde ne facientes bona deficiamus, specialiter admonemur, etiam teste psalmista: *Beati qui custodiunt iudicium, et faciunt justitiam in omni tempore*; quia non initium laboris remunerationem praemii consuevit invenire, sed terminus. Ergo par studium sollicitudinis assumentes, quibus est una in communione et credulitate societas, quemadmodum de adunata sedi apostolicae Constantinopolitana ecclesia pariter exultamus in Domino, ita de reliquarum quoque, sicut affectuosè admones, redintegratione curemus primùm, ut fidem integritatemque nostram immaculatam ab omni contagione servemus. Nosti enim, frater sanctissime, quae ecclesiasticam servant vincula concordiam, quae nos ab haereticorum tueantur insidiis, per quae etiam canonum custodiantur auctoritas His in robore suo omni circumspectione servatis, remedia sperantibus conferantur. Habet enim ecclesiasticarum ordo (regularum) et ipsius forma justitiae, ut medicina rationabilis benignè et fideliter sperantibus non negetur; nec quisquam ita est ab humanitate discretus, quem non a rigore districtiois inclinet incauta simplicitas: sed ut cautè hoc et citra querelam aut erroris alicujus naevum valeas (*valeat expediri*) expedire, dilectissime frater, personam meam te in hoc oportet induere, scientem in hujusmodi causis, sicut praedictum est, quid faciendum sit, quid cavendum, ita omnia praeviendo, ut non ambigas rationem dispensationis hujus Deo esse reddendam: ita tamen, ut eos, qui vobis fuerint communione sociati, vel per vos sedis apostolicae vestra nobis scripta declarent, quibus etiam et contentia libellorum quos obtulerint inseratur. Sic enim et severi (*Severi*) vel complicum ejus aut similium absolvemus errores, nec eorum qui sanari potuerint dispendia patiemur. Quod ideo vobis specialiter credimus imponendum, ad diligentiam vestram nostra onera transferentes, quia non parva jam documenta resistentes haereticis reddidistis, nec debet de eo ambigi, quem bene contigerit explorari. Simul assume medelam medicinae, simul accingere auctoritate justitiae, et sic circa supplices humanitate mollire, ut in haereticorum contagione perdurantes, aut eos, qui innocentiam simulant, et cum nostris sola voce consentiunt ab his, quibus pro ecclesiae redintegratione consulitur, et providetur, excludas; nec enim expedit circa hos ecclesiasticam temperare censuram. Non enim erunt jam miserationis ho-

que los pequeños no se distingan de los principales; á cuya ejecucion exhortándome tu caridad por amor á la cristiandad, debe por su parte practicar aquello á que invita, y adoptar lo que aconseja que se ame. Pues que cuidando nosotros con igual sollicitud de la fe, esperamos mediante la paciencia religiosa un premio igual por las buenas obras; ni debemos acobardarnos por las dificultades. A la fe no cansan las fragosidades, ni se sube á lo alto de los cielos por suave declive; ni nadie merece remuneracion sin trabajo. Por lo cual para que no desfallezcamos en el ejercicio de lo bueno, somos amonestados especialmente hasta con el testimonio del Salmista, que dice: *Bienaventurados los que guardan rectitud y practican la justicia en todo tiempo*: porque no se acostumbra dar el premio al principio del trabajo, sino á su término. Luego poniendo todos nosotros, que vivimos en una comunión y creencia, igual sollicitud, asi como nos alegramos en el Señor por haber unido la iglesia de Constantinopla á la sede apostólica; del mismo modo hemos de cuidar de unir tambien las restantes, segun afectuosamente nos amonestas, para preservar de todo contagio nuestra fe é integridad. Conoces pues, hermano carísimo, qué vínculos son los que estrechan la concordia eclesiástica, y cuáles nos defienden de las asechanzas de los hereges, y por virtud de cuáles se observa tambien la autoridad de los cánones. Practicadas estas cosas en su totalidad con toda circunspeccion, se conferirán los remedios á quienes los esperen. El orden de las reglas eclesiásticas y la forma de la misma justicia hace que no se niegue la medicina racional á los que la esperan benigna y fielmente; ni ninguno es tan inhumano á quien la sencillez incauta no disuada del rigor del castigo. Pero para que puedas ejecutar esto con cautela y sin producir queja, ni mancha de algun error, conviene, hermano carísimo, que recibas al efecto mis poderes, sabiendo en semejantes causas, segun ya se ha dicho, lo que debe hacerse, y lo que ha de evitarse; debiendo ser prevenidas todas las cosas, de modo que no tengas duda en que ha de darse cuenta á Dios de esta dispensacion. De esta suerte pues absolveremos con severidad los errores de sus cómplices ó de otros semejantes; ni permitiremos que sufran menoscabo en su reputacion los que pudieren ser curados. Esto hemos creído que se os debe especialmente imponer, trasladando nuestras cargas á vuestros hombros; porque resistiendo á los hereges habeis producido documentos no pequeños, y no debiendo tampoco dardarse de aquel á quien se haya bien explorado. Al mismo tiempo proveete de la medicina conveniente; escúdate en la autoridad de la justicia, y emplea la humanidad con los suplicantes; pero de modo que escluyas á los endurecidos en el contagio de los hereges, y á los que fingen ig-

na pro eorum quibus consuli oportet necessitate collata, si indiscretè fuerint bonis malisque communia,

Et quia Hierosolymitanorum faciendam credidit in litteris tua dilectio mentionem, quorum etiam ad nos quaedam delata professio est, necessarium duximus vel recipere (*recensere*) quae scripta sunt, vel respondere quae congrua. Qui si sanctorum patrum constituta custodiunt, si illa fidei fundamenta venerantur, ab his, quae per eos Spiritu sancto componente definita sunt, non recedant. Aut enim perfecta sunt, ita ut sunt, et adjectione non indigent, aut bene valida, et ideo non mutanda: quando per ea omnia haereticorum venena compressa sunt, nec quidquam Chalcedonensis synodus, quod utile qualibet diligentia potuisset excogitare, praeteriit, quae praecedentium quoque dogmata vel clarius manifestavit, vel repetita auctoritate firmavit; speciale quoddam adversus Nestorium, et Eutichetem aggressa certamen, alterum deitatem Domini nostri Jesu Christi a carne separantem, et ideo sanctam Mariam Dei genitricem pronuntiare vitantem; alterum veritatem carnis in Domino renuentem, quando Dominus noster Jesus Christus idem Filius Dei, idem hominis, una in duabus persona naturis divinitatis et carnis, nec naturis adunatione confusis, non velut quarta persona addita Trinitati, sed ipse filius Dei exinaniens semetipsum, formam servi accipiens, propter quod et unam (3) nec divisibilem profiteamur essentiam Trinitatis, et proprietatem tamen suam scimus inesse personis; unam enim Patris profiteamur esse personam, unam Filii Dei cum assumpta carne, unam Spiritus sancti, et personas proprietatibus designantes, et per unitatem essentiae inseparabile trinitatis mysterium confitentes. Neque enim ambigi potest verbum Dei intra virginis viscera per carnem humanam assumpsisse naturam, nec post a se intra vulvam naturarum unitione divisum. Nam sicut non est in eo humanitas sine Deo edita, sic in cruce et impassibilis divinitas non est a carnis passione divisa: quod virginis partus et intemerata foecunditas, et singularis a mortuis resurrectio, et ad coelos declarat ascensio. Haec si quemadmodum a patribus constituta sunt servant, credant, nec definita transcendant: a quo tramite qui declinant, ipsi sibi nebulam dubitationis obtendunt. Nobis autem illud apostolicum contentiosus respondere necesse est: nos hanc consuetudinem non habemus, nec ecclesia Dei. Haec ideo breviter, quia nec ambigi convenit de rebus

norancia, y solamente están conformes con los nuestros de palabra: ni tampoco conviene modificar la censura eclesiástica en favor de estos. No serán ya buenas las obras de misericordia con aquellos por quienes conviene que se mirara en una necesidad, si fueren indistintamente comunes á los buenos y á los malos. Y porque tu caridad creyó que en la carta debia hacerse mencion de los de Jerusalén, cuya profesion se nos remitió, hemos juzgado necesario, ó admitir lo escrito ó responder lo conveniente: de modo que si observan los estatutos de los santos Padres, y veneran aquellos fundamentos de fe, no sean separados de aquellas cosas que fueron definidas por ellos en virtud de inspiracion del Espiritu Santo. Pues ó son perfectas conforme están, y no necesitan adicionarse, ó son muy robustas, y por lo tanto no deben mudarse, una vez que por ellas se extinguieron todos los venenos de los hereges: ni omitió nada el concilio de Calcedonia de lo que la diligencia mas esquisita hubiera podido pensar que era útil, cuyo sinodo manifestó tambien con mucha mas claridad los dogmas de los anteriores, ó los dió mas firmeza con su repetida autoridad; habiendo acometido un especial certamen en contra de Nestorio y de Eutiches, el uno que separaba de la carne la divinidad de nuestro Señor Jesucristo, y por lo tanto que no se atrevia á llamar á la santa Virgen, madre de Dios; y el otro, que negando en el Señor la realidad de la carne, siendo así que nuestro Señor Jesucristo es el mismo Hijo de Dios el vivo y de hombre, una persona en las dos naturalezas de divinidad y de carne, sin confundir las naturalezas por la unidad, y no como una cuarta persona añadida á la Trinidad, sino que el mismo Hijo de Dios anadándose á sí mismo, y tomando la forma de siervo se hizo hombre; por lo cual confesamos en él una indivisible esencia de Trinidad, y sin embargo sabemos que su propiedad es inherente á las personas; pues declaramos, que una es la persona del Padre, y una la de Dios Hijo con la carne tomada, y una la del Espiritu Santo; y designando las personas por las propiedades, y confesando por la unidad de la esencia el inseparable misterio de la Trinidad. Ni puede tampoco dudarse que el Verbo de Dios hubiera tomado la naturaleza humana por medio de la carne dentro de las entrañas de la Virgen, ni que despues en estas mismas entrañas se hubiera dividido de sí por la union: pues así como en él no existe la humanidad sin Dios, del mismo modo, en la cruz no está separada de la carne pasible la impassible divinidad, lo que declara el parto de la Virgen, su immaculada fecundidad, la singular resurreccion de los muertos y la ascension

(3) Bibl. Reg. etiam.  
TOMO II.

juxta fidem definitis saepius, et pene supervacua est allegatio, quae adhibetur instructis, quum super haec ad clementissimum principem (*filium nostrum*) non parva perstrinxerim. Et quia de Hierosolymitanorum professione (*propositione*) respondimus, hoc quoque aestimavimus salutis eorum causa competenter addendum, ut si communionis apostolicae desiderant unitatem, professionem suam scripto indicant (*inditam*), quam legatis nostris apud Constantinopolim positis obtulerunt, aut per suos ad nos dirigant, aut fraternitati vestrae tradant, eodem tamen, sicut diximus, tenore conscriptam, quae ad nos modis omnibus sub vestra ordinatione deferatur. Nam de Thessalonicensibus, quorum ad nos legati per clementissimi principis filii nostri ordinationem venerunt, ne quid omisisse credamur, nosse vos volumus secundum hoc quod Domino nostro Jesu Christo inspirante placuerit, causam omnem nostram (*vestra*) dispositione tractandam, et si quod oportet impleverint, ordinanda haec per fratrem et coepiscopum nostrum venerabilem virum Joannem, sed et filios nostros Heraclium presbyterum, et Constantinum diaconum ecclesiastico honore dignissimos ad causam pertinentia rescripsisse contenti, gratulati sumus in viro ordinis nostri par meritum et religiosum nos invenisse propositum, et cum legatione mandata sapientia, et moribus congruente. Votiva enim res et plena gaudii est, ut sint justa aestimatione probabiles, quos communis officii contigerit esse consortes (a).

á los cielos. Si observan estas cosas como han sido establecidas por los Padres, sean creyentes, y no conculquen lo definido; pues los que se extralimitan, ellos mismos se forjan una nube de duda. A nosotros pues nos es necesario responder á los pertinaces lo que dijo el Apóstol: *Nosotros no tenemos esta costumbre, ni tampoco la iglesia de Dios.* Definidas estas cosas con brevedad, porque no conviene dudar de lo que con tanta repetición está inculcado conforme á la fe, es casi ociosa la alegacion que se emplea para con los instruidos, puesto que acerca de estas cosas ya he hecho que oiga mucho el clementísimo príncipe. Y toda vez que hemos respondido á lo relativo á la profesion de los de Jerusalem, juzgamos que debe añadirse para salvacion de los que desean la unidad de la comunión apostólica, que escriban la profesion que ofrecieron á nuestros legados en Constantinopla, ó nos la dirijan por los suyos, ó la entreguen á vuestra fraternidad, escrita segun el tenor ya dicho, y debiendo ser traída de todas maneras á nosotros por mandato vuestro. Y respecto á los de Tesalónica, cuyos legados vinieron á nosotros por orden del clementísimo y fidelísimo príncipe, hijo nuestro, y á fin de que no se crea que hemos omitido algo; queremos que sepais que en atencion á lo que nos inspire nuestro Señor Jesucristo, se tratará toda la causa por disposicion nuestra; y si llenaren las condiciones convenientes deben arreglarse estas cosas por nuestro hermano y coepiscopo el venerable varon Juan, y por nuestros hijos el presbítero Heraclio, y el diácono Constantino, dignísimos del honor eclesiástico, contentos con haber dictado lo perteneciente á la causa; nos hemos congratulado por haber hallado en el varon de nuestro orden igual mérito y propósito, y por estar conforme con la legacion enviada en sabiduría y en costumbres. Causa pues gran gozo y alegría, que sean dignos de justa estimacion aquellos á quienes tocare ser compañeros del oficio comun.

(a) Esta carta es bastante más larga en los impresos: no ponemos su conclusion, porque no hace aqui al caso. El que quiera leerla íntegra la hallará en el tomo V. de la colección de Labbè, columnas 131 á 133. edición de Paris de 1671. También puede allí mismo consultarla en griego.

ción de Labbè, columnas 131 á 133. edición de Paris de 1671. También puede allí mismo consultarla en griego.